ℊ. exaudi me in ueritate salutis tuę.
ripe me de luto ut ñ infigar. liuera
me ab his qui oderunt me. & de pro
fundis aquarū. Non me demergat
tempestas aquę. neq; absorbeat me
pfundum. neq; urgeat sup me pu
teus os suū.. exaudi me dñe quoni
am benigna ē misericordia tua. secdm
multitudinem miserationū tuarū
respice in me. Et ne auertas faci
em tuam a puero tuo. quō tribulor
uelocter exaudi me. Intende ani
mę meę & libera eam. propter inimi
cos meos eripe me. Tu scis improp
rium meum & confusionem meam.
& reuerentiam meā. In conspectu tu
o sunt omnes qui tribulant me. im
properium exspectauit cor meū & mise

riam. Et sustinui qui simul contristaretur & non fuit. & qui consolaret & non inueni. Et dederunt in escam meam fel. & in sitti mea potauerunt me aceto. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. & in retributiones & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne uideant. & dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam. & furor ire tue comprehendat eos.. Fiat habitatio eorum deserta. & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt. & super dolorem uulnerum eorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. & non intrent in iusticia tua. Deleantur de libro uiuentium. & cum iustis non scribantur. Ego sum pa

ꝑ & dolens. / salus tua ds̄ suscepit me:
audabo nomen dei cum cantico. / et
magnificabo eum in laude. Et pla /
cebit deo. sup uitulum nouellum
cornua ꝑducentem & ungulas. Vide /
ant pauperes & lętentur. / quęrite dn̄m
& uiuet anima uŕa. Quō exaudi
uit pauperes dn̄s. / & uinctos suos n̄
despexit. Laudent illum cęli. et t̄ /
ra mare. & omnia reptilia in eis.. Quō
ds̄ saluam faciet sion. / & ędificabun /
tur ciuitates iudę. Et inhabita /
.. bunt ibi. / & hereditate acqui
rent eā. Et semen seruoꝝ ei' possi /
debit eam. / & qui diligunt nom̄
eius habitabunt in ea. p̄ s. d̄ d.

Ds̄ in adiutoriū meum intende. / dn̄e ad adiuuandū me

festina. Confundant⁹ & reuereant⁹/
qui quer'unt animam meam. Auer'
tantur retrorsum & er'ubescant/ qui
uolunt mi mala. Auertantur sta
tim er'ubescentes/ qui dicunt mi eu
ge euge. Exultent⁹ & lętent⁹ in te
oēs qui quer'unt te/ & dicant sem
p magnificetur dns qui diligunt sa
lutar'e tuū. Ego uero egenus & pau
per sum/ ds adiuua me. Adiutor mis
& liberator mis es⁹/ dne ne moer'is.
In te dne sperauī/ non p̄ s . d̄ d .
confundar in ęternum/ in iusti
cia tua libera me & er'ipe me. Inclī
na ad me aur'em tuam & salua me
Esto mi in deum protector'em. & in loci
munitū/ ut saluum me faciat. Q̄
niam firmamentū meū & refugi

dispic de tribulo
meū tribꝰ
Esto mi

um meum es tu. D ̄s mꝰ eripe me
de manu peccatoris: & de manu con
tra legem agentis & iniqui. Quo
tu es patientia mea dñe: dñe spes
mea a iuuentute mea. In te confir
matus sum ex utero. de uentre ma
tris mee: tu es protector meus. In te
cantatio mea semp: tamquã prodigũ
factus sum multis: & tu adiutor
fortis. Repleatur os meum laude:
ut cantem gl'am tuã. tota die ma
gnitudinem tuam. Ne proicias me
in tempore senectutis: cum defecer'it
uirtus mea ne derelinquas me: Q'a
dixer'unt inimici mei mihi: & qui cu
stodier'unt animã meam consiliuum
fecer'unt in unũ. Dicentes: ds de
reliquit eum: psequimini & comp

hendite eum/ quia non ē qui eripiat.
Ds ne elongeris a me/ ds mis in auxi
lium meum respice. Confundant
& deficiant detrahentes anime me
æ/ opiantur confusione & pudore q̄
querunt mala mi. Ego autē sp̄abo
& adiciam sup̄ omnem laudē tuam
Os meum annuntiabit iusticiā tuā
tota die salutare tuum. Quō non
cognoui litteraturam/ introibo i po
tentias dñi/ dñe memorabor iustic
ię tuę solius. Ds docuisti me ex iuuen
tute mea/ & usq; nunc pnuntiabo
mirabilia tua. Et usq; in senectam
& senū/ ds ne derelinquas me.
Donec annuntiem brachium tuum
generationi omni quę uenitura ē
Potentiam tuam & iusticiam tuam

ds usq; in altissima quę fecisti mag
nalia: ds ql simulus tui. Quantas
ostendisti michi tribulationes multas
& malas: et reuersus uiuificasti me
& de abyssis terre iterū reduxisti me.
Multiplicasti magnificentiam tuam:
& conuersus consolatus es me. Nam
et ego confitebor tibi in uasis psalmi ue
ritatem tuam ds: psallam
tibi in cythara sanctus israhel.
Exultabunt labia mea cū cantauero
tibi: & anima mea quam redemisti:
sed & lingua mea tota die meditabi
tur iusticiam tuam: cū confusi & reue
rriti fuerint qui querunt mala mihi.

Ds iudiciū tuum Ps dd.
regi da: & iusticiam tuam
filio regis. Iudicare ppl'm tuum in

iustitia tua pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem ppl'o: & col
les iustitiam. Iudicabit pauperes po
pli. & saluos faciet filios pauperum
& humiliabit calumpniatorem: Et t
permanebit cū sole & ante lunam: i
generationem & generationē. Descen
det sicut pluuia in uellus & sicut
stillicidia stillantia super ter
ram. Orietur in diebus eius
iustitia & habundantia pacis: do
nec auferatur luna. Et dominabi
tur a mari usq; ad mare: & flu
mine usq; ad terminos orbis terrarū.
Coram illo procident ethiopes: & inimici
ei cinis terram lingent. Reges tharsis
& insule munera offerent: reges
arabum & saba dona adducēt. Et

adorabunt eum oñs reges / oñs
gentes seruient ei. Quia liberā
uit pauperem a potente / & pauperem
cui non erat adiutor. Parcet pau
peri & inopi / & animas pauperum sal
uas faciet. Ex usuris & iniquitate
redimet animas eoz / & honorabile
nomen eoz coram illo: Et uiuet et
dabitur ei de auro arabie / & adora
bunt de ipso semp / tota die benedi
cent ei. Erit firmamentum i ter
ra in summis montium / sup extol
let sup libanum fructus eius / & flo
rebunt de ciuitate sicut fenū terre.
Sit nomen eius benedictum in scla /
ante solem permanet nomen ei. Et be
nedicentur in ipso oñs tribꝰ terre /
oñs gentes magnificabunt eum.

Benedictus dñs ds isrl. / qui facit mi
rabilia solus. Et benedictum nomen
maiestatis eius in ętnum. / ꝛe replebi
tur maiestate eius omis terra fiat
fiat. Quam bonus l̄s. d d
a Festo m dne i dm
pricipe
a Iubilate deo

Quam bonus l̄s. d d fiat.
isrl ds. / bis qui recto sunt corde
Mei autem pene moti sunt pedes. / pe
ne effusi sunt gressus mei. Qua ze
lauj sup iniquos. / pacem peccatoꝝ u
dens. Qua non ē respectus morti
eoꝝ. / & firmamentum in plaga eoꝝ.
In labore hominum non sunt. / & cum
hominibus non flagellabunt. Ideo
tenuit eos superbia. / operti sunt iniqui
tate & impietate sua. Prodiit qua
si ex adipe iniquitas eoꝝ. / transierūt
in affectum cordis. Cogitauerunt
& locuti sunt nequiciam. / iniq̄tatē

posuisti eos. dereliqui eos dum alleuarentur. Quoniam facti sunt in desolationem subito defecerunt. pierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium. dñe in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nichilum rediges. Quia inflammatum est cor meum & renes mei cōmutati sunt. & ego ad nichilum redactus sum

[redacted]

& nescaui. Vt iumentum factus sum apud te. & ego semp tecū. Tenuisti manum dexteram meam. & in uoluntate tua deduxisti me. & cum gla suscepisti me. Quid enim mihi est in cel & a te quid uolui super terram. Defecit caro mea & cor meum. deus cordis mei. & pars mea deus in eternum.

Qua ecce qui elongant se a te pibit.
perdisti omnē qui fornicatur abs te.
Mihi autem adherere deo bonum est.
ponere in dño dō spem meam. Vt an
nuntiem omnes p̄dicationes tuas. in
portis filiæ syon. Psalmus dauid.
Vt quid dē repulisti in finem?
uratus est furor tuus sup oues
pascuæ tuæ: Memoresto congregatiō
onis tuæ. quam possedisti ab initio.
redemisti uirgam hereditatis tuæ. mōn
syon in quo habitasti in eo. Leua
manus tuas in superbias eor in finē.
quanta malignatus est inimicus
in scō. Et gl̄iati sunt qui oderūt
te. in medio sollempnitatis tuæ. Po
suerunt signa sua signa. & ñ cogno
uerunt sicut in exitu sup sūmum:

Quasi in silua lignoꝝ securibus excider̃t
ianuas eius in id ipsum: in securi et
ascia deiecer̃unt eam. Incenderunt
igni sanctuar̃iū tuum: in terra pol
luer̃unt tabernaculum nominis
tui. Dixer̃unt in corde suo cognati
o eoꝝ simul: quiescere faciamus om̃s
dies festos dei a terra. Signa nostra
non uidimus: iam n̄ est prophꝫa: et nos
non cognoscet amplius. Vsq; q̄ deus
improperabit inimicus? irritat aduer
sar̃ius nomen tuū in finem. Vtq;
auer̃tis manū tuam: et dexteram
tuam de medio sinu tuo in finem:
Deus autem rex noster ante sec̃la: operat
est salutem in medio t̄re. Tu con
firmasti in uir̃tute tua mar̃e: con
tribulasti capita draconū in aquis

Tu confregisti capita draconis: dedisti
eum escam ppls ęthiopum. Tu di
rupisti fontes & torrentes: tu siccasti
fluuios ętham. Tuus est dies & tu
a est nox: tu fabricatus es auroram
& solem. Tu fecisti oēs terminos
terrę: estatem & uer: tu plasmasti e
a. Memor esto huius inimicus imppa
vit dño: & ppls insipiens incitauit
nomen tuū. Ne tradas bestiis ani
mas confitentes t: & animas paupe
rum tuoz ne obliuiscaris in finem.
respice in testamentum tuū: quia re
pleti sunt qui obscurati sunt terrę
domibus iniquitatum: Ne auertā
tur humilis factus confusus: pau
per & inops laudabunt nomen tuū.
xurge ds iudica causam tuā: me

morestо unpprioꝝ tuoꝝ eoꝝ quę ab unsi
pientę sunt tota die. Ne obluuisca
ris uocesꝫ unimicoꝝ tuoꝝ: supbia eoꝝ
qui te oderunt ascendit semper.
a Labiis vgā hjeri
tusꝫ tue dne
a Et ꝛnocabimꝰ
Confitebimur ti dis: p̄ s. d. d.
confitebimur & unuocabimus
nomen tuum. Narrabimus mira
bilia tua: cum accepo tēpus ego iu
sticias iudicabo. Liquefacta ē ter
ra & omnes qui habitant in ea: ego
confirmaui columnas eius. Dixi
iniquis: nolite iniq; agere: & delin
quentibus: nolite exaltare cornu.
Nolite extollere in altum cornu uestrū
nolite loqui aduersus dm iniqui
tatem. Quia neq; ab oriente neq;
ab occidente neq; a desertis mon-
tibus: quō deus iudex est. Hunc hi

miuat & hunc exaltat. quia calix
in manu dñi. uini. merū plenus
mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc.
ueruntamen fex eius non ē exinani
ta. bibent oēs peccatores terre.
Ego autem annuntiabo in sēcl̄m. can
tabo deo iacob. Et omnia cornua pec
catorū confringam. & exaltabuntur
cornua iusti. Psalm. d̄ d̄.
Notus in iudea deus. in israhel
magnum nomen eius. Et fa
ctus est in pace locus eius. & habi
tacio ei in syon. Ibi confregit po
tentias. arcum. scutum. & gladi
um & bellum. Illuminans tu mi
rabiliter a montibus eternis. tur
bati sunt oēs insipientes corde.
dormierunt somnum suū. et ni

chul uuenerunt oīs uir̄i diuiciar̄u
manibus suis. Ab increpatione tua
ds iacob! dormitauerunt qui ascen
derunt equos. Tu terribilis es! &
quis resistet t̄i! ex tunc ira tua: D
cęlo auditum fecisti iudicium! terr̄
tremuit & quieuit. Cum exurge
ret in judicio ds! ut saluos faceret
oīs mansuetos terr̄ę. Quō cogita
tio hominis confitebitur tibi! & rel
quię cogitationis diem festum agęt
tibi. Vouete & reddite dño deo uř
oīs qui in circuitu eius affer̄tis m
nera. Terribili & ei qui auferet sp
rītum p̄ncipum! terribili apud r
ges terrę. Ps. dauid

Ad Finiendum ii. r. dñe
Ad primum
2 R.

Voce mea ad dn̄m clamaui! uo
ce mea ad deum & intendit

mihi. In die tribulationis mee dñm
exquisiui manibus meis nocte coñ
eum: & non sum deceptus. Renuit
consolari anima mea: memor fui dei
& delectatus sum: & exercitatus sum.
& defecit spūs mus. Anticipauerūt
uigilias oculi mei: turbatus sum
& non sum locutus. Cogitaui di-
es antiquos: & annos eternos in mē-
te habui. Et meditatus sum noc-
te cū corde meo: & exercitabar et
scopebam spūm meum. Numquid
in ętnum proiciet dns: & non apponet
ut complacitior sit adhuc. Aut ī
finem misericordiam suam abscidet: a
generatione in generationē. Aut
obliuiscetur miserere dns: aut cine
bit in ira sua misericordias suas. Et

in excelso locuti sunt. Posuerunt in
celum os suum: & lingua eor transi
uit ī terra. Ideo conuertet ppls me
us hic: & dies pleni inuenientur in
eis. Et dixerunt: quomō scit ds: &
si ē scientia in excelso? Ecce ipsi pecca
tores: & habundantes in scl'o. obtinu
erunt diuitias. Et dixi: ergo sine
causa iustificaui cor meum: & laui
inter īnocentes manv
meas. Et fui flagel
latus tota die: & castigatio mea in
matutinis: Si dicebam narrabo sic:
ecce nationem filioz tuoz reprobaui.
existimabam ut cognoscerem: hoc la
bor ē ante me. Donec intrem ī scīu
ariū dei: & intelligam in nouissi
mis eor. Verumtamen propter dolos

dixi nunc cepi: hec mutatio dexte
re excelsi: Memor fui operum dñi: q̃a
memor ero ab initio mirabilium tuo
rũ. Et meditabor in omnib̃ operib̃
tuis: & in adinuentionib̃ tuis exerce
bor. Dñe in sco via tua: quis dñs ma
gnus sicut deus noster: tu es dñs q̃
facis mirabilia. Notam fecisti in
pplis uirtutem tuam: redemisti
in brachio tuo pplm tuum filios i
cob & ioseph. Viderunt te aque d
uiderunt te aque & timuerunt:
& turbate sunt abyssi: Q ultitudo
sonitus aquarũ: uocem dederunt
nubes. Etenim sagitte tue transi
erunt: uox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tue orbi t
re: cõmota est & contremuit ti

In mari uia tua & semite tue in aquis multis: & uestigia tua non cognoscentur. Deduxisti sicut oues ppm tuum: in manu moysi & aaron. P̄ s. david.

Attendite ple mis lege mea: inclinate aurem uram in uerba oris mei. Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio. Quanta audiuimus & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt occulta a filiis eorum: in generatione altera. Narrantes laudes dñi & uirtutes eius: & mirabilia eius que fecit. Et suscitauit testimoniū in iacob: & legem posuit in israel. Quanta mandauit patribus nostris

nota facere ea filiis suis: ut cognoscat
altera. Filij qui nascentur & exur
gent: & narrabunt filiis suis. Vt
ponant in deo spem suam: & non ob
liuiscantur operum domini: & man
data eius exquirant. Ne fiant sic
patres eorum: generatio prauа et exas
perans: Generatio que non direxit cor
suum: & non est creditus cum deo spi
ritus eius. Filij effrem intendentes
tes & mittentes arcum: conuersi sunt
sunt in die belli. Non custodierunt
testamentum dei: & in lege eius no
luerunt ambulare. Et obliti sunt
benefactorum eius: & mirabilium ei
que ostendit eis. Coram patribus
eorum fecit mirabilia: in terra ægyp
ti. in campotaneos. Interrupit

mare & pduxit eos. & statuit aquas
quasi in utre. Et deduxit eos in
nube diei. & tota nocte in illumina
tione ignis. Interrupit petram
in heremo. & adaquauit eos uelut
in abysso multa. Et eduxit aquã
de petra. & deduxit tamquã flu
mina aquas. Et apposuerunt ad
huc peccare ei. in ira excitauerunt
excelsum in inaquoso. Et tempta
uerunt deũ in cordib' suis. ut pete
rent escas animabus suis. Et male
locuti sunt de deo. dixerunt. num
quid poterit deus parare mensam
in deserto. Quõ percussit petram.
& fluxerunt aque. & torrentes in
undauerunt. Numqd & panẽ po
terit dare. aut parare mensam po

pulo suo. ¶ Ideo audiuit dñs & distu
lit: & ignis accensus ē in iacob: & i
ra dei ascendit in isrl: Quia non cre
diderunt in deo: nec sperauerunt ī
salutarj eius. Et mandauit nubi
bus desup: & ianuas celi aperuit. Et
pluit illis manna ad manducandi
& panem celj dedit eis. P anē angē
lor manducauit homo: cibaria
misit eis in abundantia. Trans
tulit austrum de celo: & induxit
in uirtute sua affricum.. Et plu
it sup eos sicut puluerem carnes.
& sicut harenam maris uolatilia
pennata. Et ceciderunt in medi
castror eor: circa tabernacula eor
Et manducauerunt & saturati sū
nimis: & desiderium eor attulit

eis/ non sunt fraudati a desiderio
suo. Adhuc esce eor erant in ore ip-
sor./ & ira di ascendit sup eos. Et
occidit pingues eor./ & electos ist
impediuit. In omnibus his pecca
uerunt adhuc/ & non crediderunt
in mirabilibus eius. Et defecer̄t
in uanitate dies eor./ & anni eor̄ū
cū festinatione. Cum occideret eos
querebant eū. & reuertebant̄. &
diluculo ueniebant ad eum. Et
rememorati sunt quia deus adiutor
ē eor./ & ds excelsus redemptor eor ē.
t dilexerunt eum in ore suo./ & lin
gua sua mentiti sunt ei: Cor autē
ipsor non erat rectum cum eo./ nec
fideles habiti sunt in testam̄to eius.
ipse autem est misericors/ & ppicius

fiet peccatis eoꝝ. & non dispdet eos.
Et habundauit ut auerteret uram
suam. & ñ accendit omnē urā suā.
Et recordatus est quia cāro sunt.
spūs uadens & non rediens. Quoti
ens exacerbauerunt eum in deser-
to. in ira commtauerunt eum in u
aquoso: Et uerſi sunt & tempta
uerunt deum. & scīm ist exacerba
uerunt. Non sunt recordati ma
nus. die qua redemit eos de manu tribulan
tis. Sicut posuit in egypto signa
sua. & pdigia sua in campo taneos
Et conuertit in sanguinē fluminā
eoꝝ. & imbres eoꝝ ne biberent. M
sit in eos cynomiam & comedit eo
& rānam. & disperdit eos. Et de
dit erugini fructus eoꝝ. & laboret

eoꝝ locuſtę. ⁊ occidit in grandine
uineas eoꝝ. ⁊ moꝝos eoꝝ in pruina.
⁊ tradidit grandini iumenta eoꝝ.
⁊ possessionem eoꝝ igni. Q. iſit in
eos iram indignationis ſuę. indig
nationem ⁊ iram ⁊ tribulationē.
immissionem p angłos malos. V iā
fecit semitę ire ſuę. ⁊ non pepcit
a morte animarū eoꝝ. ⁊ iumenta
eoꝝ in morte concluſit. ⁊ pcuſſit
omne pmogenitum in tra ęgypti.
pmicias omnis laboris eoꝝ in taber
naculis cham. ⁊ abſtulit ſicut
oues ppm ſuum. ⁊ pduxit eos tā
qm gregem in deſerto. ⁊ deduxi
t eos in ſpe ⁊ non timuerunt. et
inimicos eoꝝ oprit mare. ⁊ in
duxit eos in montem ſcificationis

ſuę. montem quem acquiſiuit dex
tera ei. Et eiecit a facie eoz gentes
& ſorte diuiſit eis terram in funicu
lo diſtributionis: Et habitare fec
in tabernaculis eoz tribus iſrahel.
Et temptauerūt & exacerbauerūt
deū excelſum. & teſtimonia eius nō
custodierunt. Et auertit ſe & non
ſeruauerūt pactum. quemadmo
dum patres eoz. Conuersi ſunt in
arcum prauum In ira concitauerūt
deum in collib' ſuis. Et in ſculptilib'
ſuis ad emulationē eum prouocauer
Audiuit ds & ſpreuit. & ad nichil
redegit ualde iſrl. Et repulit ta
bernaculum ſylo. tabernaculum
ſuum ubi habitauit in hominib'
Et tradidit in captiuitatem uirtu

eoz. ⁊ pulchritudinẽ eoz in man⁹
inimicj. Et conclusit in gladio po
pulum suum. ⁊ hereditatem suã
spreuit. Iuuenes eoz comedit ig
nis. ⁊ uirgines eoz non sunt lamen
tate. Sacerdotes eoz in gladio ce
ciderunt. ⁊ uidue eoz non plora
bantur. Et exctat⁹ est tamquã
dormiens dñs. tamquã potens cra
pulat⁹ a uino. Et pcussit inimicos
suos in posteriora. opprobrium sempi
ternũ dedit illis. Et repulit tab⁹
naculum ioseph. ⁊ tribum effrem
non elegit. Sed elegit tribum iu
da. montem syon quẽ dilexit. Et
edificauit sicut unicornis scificiũ
suum. in tra q̃m fundauit in scla.
Et elegit dauid seruũ suũ. ⁊ sustulit

eum de gregibus ouium. ex post
fetantes accepit eum. P ascere la
cob seruum suum. & israhel hereditā
tem suam. & pauit eos in innocen
cia cordis sui. & in intellectibus
manuum suarum deduxit eos.

a. Heredine gte mee
legē meā
a. ppria? esto.

DEus uenerunt psalmus dauid.
gentes in hereditatem tuam
polluerunt templū scm tuū. po
suerunt hierlm in pomorū custod
am. P osuerunt mortalia ser uo
tuoz escas uolatilibus celi. carnes
scoz tuoz bestiis terre. effuderūt
sanguinem ipsoz tamq̄m aquam
circuitu hierlm. & nō erat qui sep
liret. Facti sumus opprobrium uici
nis nris. subsannatio & illusio his
qui in circuitu nro sunt. V sq; qi

dñe ut ascendat in finem. accendetur
uelut ignis zelus tuus. Effunde
iram tuam in gentes que te ñ noue
runt. & in regna que nom̃ tuu ñ
inuocauerunt: Quia comederunt
iacob. & locum eius desolauerunt.
Ne memineris iniquitatu nr̃arum
antiquar̃. cito anticipent nos mi
serie tue. quia pauperes facti sum̃
nimis. Adiuua nos ds salutaris
noster. & propter gl̃am nominis tui
dñe libera nos. & propitius esto pecca
tis nr̃is propter nomen tuum. Ne
forte dicant in gentib. ubi ē ds eor.
& innotescat in nationib. coram
oculis nr̃is. Vindicetur in nationib. sanguinis
seruor tuor qui effusus ē. ingrediatur in
conspectu tuo gemitus compeditorum:

Scdm magnitudinem brachij tuj: pos
side filios mortificatos. Et redde uj
cinis nr̄is septuplum in sinu eoz:
improperium ipsoz qd exprobrauerunt
tibi dñe. Nos autem pps tuus & o
ues pascue tue: confitebimur tibi i
scm. In generationem & generati
onem: annuntiabimus laudē tuā.
Qui regis isr̄l in p̄ s d —
tende: qui deducis tamq̄m o
uem ioseph: Qui sedes sup cher ubi
manifestare coram effraim beniam
& manasse. Excita potentiam tuā
& ueni: ut saluos facias nos. D s̄
uerte nos: & ostende faciem tu
& saluj erimus: D ne ds uirtu
q̄usq; irasceris sup orationem ser u
tuj: Cibabis nos pane lac̄rimar um

& potum dabis nobis in lacrimis in
mensura. Posuisti nos in contradicti
oni uicinis nris & inimici nri sub
sanuer̃t nos. Deus uirtutū conuer
te nos & ostende faciem tuam & sal
ui erimus. Vineam de egypto trans
tulisti & eiecisti gentes & plantasti eā.
uix tuneris fuisti in conspectu ei & fe
plantasti radices eius & impleuit ter
ram. Operuit montes umbra eius &
arbusta eius cedros dei. Extendit
palmites suos usq; ad mare & usq;
usq; ad flum̃ propagines eius. Ut quid
destruxisti maceriam eius & uindemiant
eam omnes qui pertransiunt uiam. Exterminauit
eam aper de silua & singularis ferus depastus
est eā. Deus uirtutum conuertere respice

dē cēlo. ꝛ uide ꝛ uisita uineam istā.
Et pfice eam quam plantauit dex te
ra tua. ꝛ sup filium hominis quem
confirmasti tibi. Incensa igni ꝛ sub
fossa. ab increpatione uultus tui pi
bunt. Fiat manus tua sup uirū
dexterē tuę. ꝛ sup filium hominis
quem confirmasti tibi. Et non dis
cedimus a te uiuificabis nos. ꝛ nomē
tuum inuocabimꝰ. Dñe ds conuer
te nos. ꝛ ostende faciem tuam. ꝛ
salui erimus. Psalmus dauid.

xultate dō adiutori n
stro. iubilate deo iacob
Sumite psalmum et
date tympanum. psal
terium iocundū cum
cythara. Bucinate in neomenia

tuba. In insigni die sollempnitatis
nre. Quia ꝓceptum in isr'l ē. & iu
dicium deo iacob. Testimonium
in ioseph posuit illud. cum exiret
de terra egyꝑti. linguam quam nō
nouerat audiuit. Auerti ab one
ribus dorsum eius. manus eius in
cophino seruierunt. In tribulati
one inuocasti me & liberaui te. exau
diui te in abscondito tempestatis.
pbaui te apud aquam contradic
tionis. Audi ꝑpls mꝰ & contestabor
te isr'l si audieris mē non erit in te
dꝰ recens. neq; adorabis deum alie
num. Ego enim sum dnꝰ dꝰ tuus
qui eduxi te de terra egyꝑti. dila
ta os tuū & implebo illud. Et non
audiuit ꝑpls mꝰ uocem meā. et

ſrahel non attendit in. Et dimiſi
eos ſecm̃ deſideria cordis eor̃. ibunt
in adinuentionibus ſuis: Si popu
lus m̃s audiſſet me. ſrahel ſi in ui
is meis ambulaſſet. Pro nichilo fe
ſitan inimicos eor̃ humiliaſſem. et
ſup tribulantes eos miſiſſem manũ
meam. Inimici dñi mentiti ſunt
ei. & erit tempus eor̃ in ſcla. Et.
cibauit illos ex adipe frumenti. et
de petra melle ſaturauit eos.

Ds ſtetit in ſynagoga p̃s .d̃.
deor̃. in medio autem deos dñi
dicat.. V sq: quo iudicatis iniquita
tem. & facies peccator̃ ſumitis. I u
dicate egeno & pupillo. humilem
& pauperem iuſtificate. Eripite pa
uperem & egenũ. de manu peccatoꝝ

uberate. Nescierunt neq; uttellexe
runt in tenebris ambulant: moue
buntur omia fundamenta terre.
go dixi: dii estis & filii excelsi omnes:
os autem sicutt homines moriemini:
& sicutt unus de pncipibus cadetis.
urge ds. udica terram: quo tu he
reditabis in omnib gentibus.

a Exultate deo adiut
nro & tu sol alus

Os quus simus p s. david
ertt tibi: ne taceas neq; copes
caris ds. Quo ecce inimici tui so
nuerunt: & qui oderunt te extu
lerunt caput. Sup pplm tuum
malignaut consiliuum: & cogi
tauerunt aduersus scos tuos: Di
xerunt. uenite & dispdamus eos de
gente: & n memoretur nomen isrl
ultra. Quo cogttauerunt unani

mter simul. aduersus testamentum
disposuerunt. tabernacula idumeoꝝ
& ismahelitꝫ. Moab. & agareni gebal
& ammon & amalech. alienigenꝫ cũ
habitantib' tyrũ. Etenim assur ue
nit cum illis. facti sunt in adiutoꝝ
um filius loth. Fac illis sicut madi
an & sysarꝫ. sicut iabin in torrente
cyson. Disppierunt in endor. facti
sunt ut stercus terrꝫ. Pone ꝓncipes eoꝝ sicut oreb. & zeb & zebeꝫ
salmana. Omnes ꝓncipes eoꝝ. qui dixe
runt. hereditate possideam̃ sanctua
riũ dei. Deus meus pone illos ut rotam
& sicut stipulam ante faciem uen
Sicut ignis qui comburit siluam. et
sicut flamma cõburens montes
Ita ꝑsequeris illos in tempestate t

& uirtus tua turbabus eos. Imple fa-
cies eoꝝ ignominia: & querēt nom̄
tuū dñe. Erubescant & conturbent
in sēcm seculi: & confundantur & pe-
reant. Vt cognoscant quia nomen
t dñs: tu solus altissimus in omni
Quam dilecta ps̄ dauid terra.
tabernacula tua dñe uirtutū.
cupiscit & deficit anima mea in a-
tria dñi: Cor meum & caro mea:
exultauerunt in deū uiuū. Etc
nim passer inuenit sibi domum:
& turtur nidū sibi ubi reponat
pullos suos. Altaria tua dñe uir-
tutū: rex meus & ds̄ m̄s. Beati q̄
dñe ꝯcla sdom
habitant in domo tua: in sēcm scli
laudabunt te. Beatus uir cuius ē
auxilium abste: ascensiones in corde

suo dispositt in ualle lacrimar'um.
in loco quē posuit. Etenim benedi
ctionē dabit legis lator/ibunt de
uir'tute in uir'tutem/ uidebit² deus
deor̄ in syon. Dñe ds uir'tutū ex
audi orationem meam/ auribus
percipe ds iacob. Protector nr' aspice
ds/ & respice in faciem xpi tui. Q¹
a melior ē dies una in atr'iis tuis
sup milia. Elegi abiectus ēe ī do
mo dei mei/ magis quam habitare
in taber'naculis peccator̄/ Quia
miscdiam & uer'itatem diligit ds
gr̄am & gl'am dabit dñs. Non p̄
uabit bonis eos qui ambulant in
innocentia/ dñe uir'tutum beatus
homo qui sperat in te. P̄s. d̄ d̄
Benedixisti dñe terram tuam/

a tu sol altissim
sup oēm tra.
a Benedixisti.

auer'tisti captiuitatem iacob. Remi
sisti iniquitatem plebis tue. opuis
omia peccata eor. Mitigasti omnem
iram tuā. auer'tisti ab ira indigna
tionis tue. Conuer'te nos ds salu
tar's noster. & auer'te iram tuā
a nobis. Numquid in ētnum iras
cer's nobis. aut extendes irā tuā
a generatione in generatione. Ds
tu conuersus uiuificabis nos. & pleb
tua lētabit'ur in te. Ostende nob
dne misericordiam tuam. & salutare
tuum da nobis. Audiam quid lo
quat'ur in me dns ds. quō loquet'
pacem in plebem suam. Et sup scos
suos. & in eos qui conuer'tuntur
ad cor. Verumtamē ppe timentes
eum salutare ipsius. ut inhabitet

gta in terra nostra. Misericordia et veri-
tas obviaverūt sibi: iustitia et pax
osculate sunt. Veritas de tra orta
ē: et iustitia de celo prospexit. Etē
num dns dabit benignitatem: et ter
ra nr̄a dabit fructum suū: Iusti
cia ante eum ambulabit: et ponet
in via gressus suos. Psalm̄ dauid.
Inclina dne aurem tuam et exaudi
me: quo inops et pauper sum ego.
Custodi animam meam quo scs sū
salua fac seruū tuum ds̄ mis spā
tem in te. Miserere mei dne quo
ad te clamavi tota die: letifica ani
mam serui tui: quo ad te dne ani
mam meam levavi. Quo tu dne
suavis et mitis et multe misericordie:
omnib' invocantib' te. Aurib' pcipe

dñe oratiōem meam ⁊ oē uttende
uoci deꝓcationis meę. In die tribu-
lationis meę clamaui ad te ⁊ quia ex
audisti me. Non ē similis tui in di
is dñe ⁊ non ē scdm opa tua. Oēs
gentes quascūq; fecisti ⁊ uenient ⁊
adorabunt coram te dñe ⁊ glorifi
ficabūt nomē tuum. Quō magn⁹
es tu ⁊ faciens mirabilia ⁊ tu es ds
solus: Deduc me dñe in uia tua ⁊
ingrediar in ueritate tua ⁊ lętet²
cor meum ut timeat nomen tuū.
onfitebor tibi dñe ds mūs in toto
corde meo ⁊ glorificabo nomē tuū
in ętnum. Quia misericordia tua mag
na est sup me ⁊ eruisti animā me
am ex inferno inferioris. Ds iniqui
insurrexerūt in me ⁊ synagoga

potentium quesierunt animā me
am! & non ꝓposuerunt te in cōspec
tu suo. Et tu dñe ds miserator et
miserīcors! patiens & multę misericordię
& verax. Respice in me & miserere
mei! da impium tuum puero tuo
& saluum fac filium ancille tuę.
Fac mecum signū in bono! ut uideant qui me oderunt & confundant
quīo tu dñe adiuuisti me & consolatꝰ
es me. Psalmꝰ. dauid

a Bñdixisti dne terrā tuā a Reuersus Israel

Fundamenta eius in montibꝰ scīs
diligit dñs portas sion sup omnia
tabernacula iacob. Gloriosa dicta sūt
de te! ciuitas dei. Memor ero raab
& babylonis! scientium me. Ecce
alienigene & tyrus & ꝑplis ethiopū
hi fuerunt illic. Numquid syon

dicet homo! & homo natus ē in ea!
& ipse fundauit eam altissimus!
ns narrauit in scripturis ppłoz!
& principium hoz qui fuerunt in ea.
sicut lętantiū omniū! habitatio ī
hīe dns p̄ s. d̄ d. te.
salutis męę! in die clamaui
& nocte coram te. Intret in conspec
tu tuo oratio mea! inclina aurem
tuam ad p̄cem meam. Quia reple
ta ē malis aīa mea! & uita mea in
inferno appropinquauit. Estima
tus sum cum descendentibus in la
cum! factus sum sicut homo sine
adiutorio inter mortuos liber. Si
cut uulnerati dormientes in sepul
chris. quoz non es memor amplius!
& ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferioꝛ! in t
nebrosis & in umbra mortis. Sup
me confirmatus est furoꝛ tuus! &
omnes fluctus tuos induxisti sup
me. Longe fecisti notos meos à m
posuerunt me abhominationē sib
Traditus sum & ñ egrediebar! oculi
mei languerunt p̄ inopia. Clam
ui ad te dñe! tota die expandi ad
te manus meas. Nunquid mor
tuis facies mirabilia! aut medic
suscitabunt & confitebuntur tib
Numquid narrabit aliquis in sep
chro misericordiam tuam! & ueritat
tuam in p̄dicione. Numquid co
noscentur in tenebris mirabilia t
a! & iustitia tua in terra obliui
nis. Et ego ad te dñe clamaui! &

mane oratio mea p̄uenier te. V t
quid dñe repellis orationem meā.
auertis faciem tuam a me? P aup
sum ego & in laboribꝫ a iuuentute
mea: exaltatꝰ autem humiliatꝰ sū
& conturbatꝰ. I n me t̄ransierunt i
re tue: & terrores tui conturbaue
runt me. C ircumdederūt me si
cut aqua tota die: circūdederunt
me simul. E longasti a me amicū
& proximum: & notos meos a miseria

[a] Fundamenta eius montibus sanctis.

M iserias dñi in ꝛ. [a] Benedictus
in eternum cantabo. I n ge
nerationem & generationem: an
nuntiabo ueritatem tuam in ore
meo. Q uō dixisti in eternum mise
ricordia edificabit in celis p̄parа
bitur ueritas tua in eis. D ispo

sui testamenti tui electis meis. uti
ui dauid seruo meo. usq; in ęter nū
pparabo semen tuum. Et ędificabo
in generationem & generationē sę
dē tuam. Confitebuntur cęli mi
rabilia tua dñe. etenim ueritatem
tuam in ęcclā scōrum. Quō quis in nu
bibus equabitur dño. similis erit
dño in filiis dei. Deus qui glorificat
in consilio scōrum. magnus & terribi
lis super omnes qui in circuitu ei sunt
Dñe ds uirtutum quis similis tibi
potens es dñe. & ueritas tua in cir
cuitu tuo. Tu dñaris potestati
maris. motum autem fluctuū eius
tu mitigas. Tu humiliasti sicut
uulneratū superbum. in brachio u
tutis tuę dispersisti inimicos tuos

ē

ui sunt cęli & tua, tra. orbē terrę et
plenitudinem eius tu fundasti. aq̄
lonem & mare tu creasti. Thabor
& hermon in nomine tuo exulta
buntt. tuum brachiū cum poten
tia. Firmet manus tua & exalte
tur dextera tua. iustitia & iudiciū
p̄paratio sedis tuę. Misericordia & veri
tas p̄cedent faciem tuam. beatus
populus qui scit iubilationē. Do
mine in lumine uultus tui ambu
labunt. & in nōie tuo exultabunt
tota die. & in iustitia tua exalta
buntur. Quia gla uirtutis eoz
tu es. & in beneplacito tuo exalta
bitur cornu nr̄um. Quia dñi est
assumptio nr̄a. & sci isr̄l regis nr̄i.
tunc locutus es in uisione sci tuis.

& dixisti: posui adiutoriū in poten
te: & exaltaui electum de plebe mea
Inueni dauid seruum meum: oleo
scō meo unxi eum. Manus enim m
a auxiliabitur ei: & brachiū meum
confortabit eum. Nichil proficiet
inimicus in eo: & filius iniquitatis
non apponet nocere eum. Et cōci
dam a facie ipsius inimicos eius:
& odientes eum in fugam conuerti
Et ueritas mea & misericordia mea cū ip
so: & in nomine meo exaltabitur cor
nu eius. Et ponam in mari ma
num eius: & in fluminib' dexteram
eius. Ipse inuocabit me: pater mi
es tu: ds mi & susceptor salutis m
ę. Et ego primogenitum ponā il
lum: excelsum p̄ regib' terrę. In ę

ter'num ser'uabo illi mis̄cdiam meam/
& testam̄tum meum fidele ipsi. Et
ponam in sēm sēli sem̄ eius/& tron̄
eius sicut dies cęli. Si autem dere/
liquer'int filii eius legem meā./ &
in iudicijs meis n̄ ambulauer'int.
i iustitias meas pfanauer'int/& man
data mea non custodier'int. Visi
tabo in uir'ga iniq̄tates eor̄/& in
uer'beribus peccata eor̄: Miscdiam
aut̄ meam non dispgam ab eo/ ne
q; nocebo in uer'itate mea. Neq; p
fanabo testamentū meum/& quę
pcedunt de labijs meis & faciā ir
r'ita. Semel iurauj in sc̄o meo/ si
dauid mentiar'/ semen eius in ęter
num manebit. Et thronus eius
sicut sol in conspectu meo/& sicut

luna ꝑfecta in ꝯternum! & testis in
cẽlo fidelis. Tu uero repulisti & de
spexisti! distulisti xp̃m tuum. Eu
tisti testamentum seruꝰ tui! ꝑfana
sti in terra scĩa rũ ei. Destruxi
ti omnes sepes eius! posuisti firmam
tum eius formidinem. Diripuerũ
eum omnes transeuntes uiam! factꝰ
est opprobrium uicinis suis. Exalta
sti dexteram deprimentiũ eum! leti
ficasti omnes inimicos ei. Auertisti ad
iutoriũ gladij eius! & non es auxil
atus ei in bello: Destruxisti eum
ab emundatione! & sedem eius in
terra collisisti. Minorasti dies tem
poris eius! ꝑfudisti eum confusion
Vsq; quo dñe auertis in finem! exar
descet sicut ignis ira tua! Memo

rare quę mea ſubſtantia. numq̄d
enim uane cōſtituiſti oēs filios ho-
minum? Quis eſt homo qui uiuet
& non uidebit mortem? eruet aiam
mam ſuam de manu inferi .. Vbi
ſunt miſericordię tue antiquę dñe. ſi
cut iuraſti dauid in ueritate tua.
emor eſto dñe obprobrii ſeruoꝝ tuoꝝ.
quod continui in ſinu meo multa
rum gentium. Quod exprobrauerūt
inimici tui dñe. quod exprobrauerūt
cōmutationē xp̄i tui. Benedictus
dñs in ęternum. fiat fiat. ℣ s dd.

Oꝛe refugium tu factus es nobis.
a generatione in generationem:
priusquam montes fierent aut forma
retur terra & orbis. a ſeculo & uſq;
in ſeculum tu es deus. Ne auertas hominē in

humilitatem. & dixisti. conuertimini
filii hominū. Quōniam mille anni ante
oculos tuos. tamquā dies hesterna
quę pteriit. Et custodia in nocte
quę ꝓ nichilo habentur. eoꝝ anni e
runt. Mane sicut herba trānseat.
mane floreat & trānseat. uespe de
cidat. induret & arescat. Quia de
fecimus in ira tua. & in furore tuo
turbati sumus. Posuisti iniq̄tates
nr̄as in conspectu tuo. sēm nostrū
in illuminatione uultus tui. Quō
oēs dies nr̄i defecerunt. & in ira
tua defecimus. Anni nr̄i sicut a
ranea meditabāntur. dies annoꝝ
nr̄oꝝ in ipsis septuaginta annis.
Si autē in potentatibus. octoginta
anni. & amplius eoꝝ labor & dolor

Quo supuenit mansuetudo! & corripi-
emur. Quis nouit potestatem ire
tue! & p timore tuo iram tuam di-
numerare? Doce exteram tuam sic no
tam fac! & eruditos corde insapien-
tia. Conuertere dñe usq; quo! & de-
cabulus esto sup seruos tuos. Repleti
sumus mane misericordia tua! & exulta
vimus & delectati sumus in omnib'
diebus nris. Letati sumus p dies
quib' nos humiliasti! annis quibus
vidimus mala. Respice in seruos tu
os & in opa tua! & dirige filios eor.
Et sit splendor dñi dei nri sup nos! et
opa nrar' dirige sup nos! & opus
manuum nrarum dirige. P̄s d̄ d̄

Hic incipit psalm̄ fm
vsū nob.

Qui habitat in adiutorio altissi
mi! in protectione dei celi cōmo

rabitur. Dicet dño susceptor meus
es tu: & refugiū meū ds mꝰ spabo
in eum. Quō ipse liberauit me de
laqueo uenantium: & a uerbo as
po. Scapulis suis obumbrabit ti:
& sub pennis eius spabis. Scuto
circūdabit te ueritas eius: ñ time
bis a timore nocturno. A sagitta
uolante in die: a negotio pambulan
te in tenebris: ab incursu & dęmon
o meridiano. Cadent a latere tuo
mille & decem milia a dextris tuis
ad te autem non appropinquabit
Verumtamen oculis tuis considerabis
& retributionem peccatoꝝ uidebis
Quō tu es dñe spes mea: altissimum
posuisti refugium tuū. Non acce
det ad te malum: & flagellum ꝛ

appropinquauit tabernaculo tuo.
Quō angelis suis mandauit de te. ut
custodiant te in omnib' uiis tuis. In
manibus portabunt te. ne forte of-
fendas ad lapidem pedem tuum.
Sup aspidem & basiliscum ambula
bis. & conculcabis leonem & draco
nem. Quō in me speauit liberabo
eum. protegam eum quō cognouit
nomen meū. Clamauit ad me &
ego exaudiam eum. cum ipso sum
in tribulatione. eripiam eum & glo
rificabo eum. Longitudine dierū
replebo eum. & ostendam illi salutta
re meum. Psalmus dauid.
Bonum est confiteri dño. & psal
lere nomini tuo altissime. Ad
annuntiandum mane misericordiam

tuam. & ueritatem tuam p noctem:
In decacordo psalterio. cum canticо
in cythara. Quia delectasti me dñe
in factura tua. & in opibus manuũ
tuarum exultabo. Quam magnifi
cata sunt opa tua dñe. nimis pfun
de facte sunt cogitationes tue. Vir
insipiens non cognoscet. & stultus
non intelliget hec. Cum exorti fu
erint peccatores sicut fenum. et
apparuerint oñs qui opantur in
iquitatem. Vt intereant in sclm
scli. tu autẽ altissimus in ẽternum do
mine. Quõ ecce inimici tui dñe.
quõ ecce inimici tui pibunt. & dis
pgentur omnes qui opantur iniqui
tatem. Et exaltabitur sicut uny
cornus cornu meum. & senectus me

in muscdia uberj. Et despexit oculus
mis inimicos meos. / & insurgentib'
in me malignantib' audiet auris
mea. / Iustus ut palma florebit /
sicut cedr'us libanj multiplicabit'.
Plantatj in domo dn̄j / in atr'iis dom'
dei n̄r'i florebunt. Adhuc multi
plicabunt' in senecta uber'i / & bene
patientes er'unt ut annuncient.
Quō rectus dn̄s ds noster. / & non est
iniquitas in eo. P̄ S. D. D.

Dom̄ e regnauit decor'em indutus
est. / indutus est dn̄s fortitudinē
& p̄cinxit se: Etenim firmauit
orbem terr'e / qui non cōmouebit'.
Parata sedes tua ex tunc / a sclō tu es.
Eleuauerunt flumina dn̄e. / eleuauer
unt flumina uocē suam. Eleua

Dom̄ e regnauit

uer'unt. flumina fluctus suos./ a uo
cibus aquar'um multar'um. Mira
biles elationes mar'is/ mirabilis in
altis dñs.. Testimonia tua credibi
lia facta sunt nimis/ domū tuam
decet sanctitudo dñe in longitudi
ne dier'um. Psalm dauid.

Ds ultionum dñs/ ds ultionum
libere egit. Exaltare qui iudi
cas terram/ redde retributionē superbi
Vsq; quo peccatores dñe/ usq; quo pec
catores glabuntur. Effabuntur & lo
quentur iniquitatē/ loquentur om
nes qui operantur iniusticiā: Popu
lum tuum dñe humiliauer'unt./ & he
reditatē tuam uexauer'unt. Vidu
am & aduenam interfecer'unt/ et
pupillos occider'unt. Et dixer'unt

non uidébit dñs. nec intelliget deus
iacob. Intelligite insipientes in po
pulo: & stulti aliquando sapite.
Qui plantauit aurem non audiet?
aut qui finxit oculum non consi
derat. Qui corripit gentes ñ argu
et? qui docet hominem scientiam?
ñs scit cogitationes hominũ: quo
uanæ sunt. Beatus homo quẽ tu
erudieris dñe: & de lege tua docu
eris eum. Vt mitiges ei a diebus
malis: donec fodiatur peccatori fo
uea. Quia ñ repellet dñs plebem
suam: & hereditatem suam non
derelinquet. Quoadusq; iustitia
conuertatur in iudicium: & qui iu
xta illam: omnes qui recto sunt cor
de. Quis consurget mihi aduersus

malignantes? aut quis stabit me
cum aduersus opantes iniquitatē.
Nisi q̄a dñs aduuuit me. paulomin̄
habitabit in infer̄no anima mea.
Si dicebam motus ē pes meus. mise
ricordia tua dñe adiuuabat me.
Secūm multitudinem dolor meor̄ in
corde meo. consolationes tue letifi
cauer̄unt animā meam. Nūq̄d
adher̄et tibi sedes iniquitatis. q̄ui
fingis laborem in p̄cepto. Capta
buerunt in animam iusti. & sangui
nem innocentem condempnabunt
Et factꝰ ē mihi dñs in refugiū. & deus
meus in adiutoriū spei mei. Et red
det illis iniquitatem ipsor̄. & in ma
licia eor̄ disperdet eos. disperdet illos
dominus deus nr̄. Ps̄ d̄ d̄.

Venite exultemus dño: uubuem
deo salutari nostro: Preocupe
mus faciem eius in confessione: & i
psalmis uubulemus ei. Quo ds ma
gnus dns: & rex magnus sup oms
deos. Quia in manu eius fines ti'e:
& altitudines montiu ipsius sunt.
Quo ipsius est mare & ipse fecit illud:
& siccam manus eius formauer'ut.
Venite adoremus & pcidam & plore
mus ante dnm qui fecit nos: quia
ipse ē dns ds nr: et nos pps pas
cue eius & oues manus eius: hodie
si uocem eius audier'tis: nolite ob
durare corda ura. Sicut in ui'i
tatione: scdm diem temptationis
in deser'to. Vbi temptauer'unt me
patres uri: pbauer'unt & uider't

opa mea. Quadraginta annis of-
fensus fui generationi illi: & dixi
semp errant corde. Et ipsi non cogno
uerunt uias meas: ut iurauj in
ira mea! si introibunt in requem meā
a Benedic dñe xpm
a Cantate dño

Cantate dño p̄ s̄. d̄ d̄.
canticum nouū! cantate dño
omnis terra. Cantate dño. & benedi-
cite nomini eius! annuntiate de
die in diem salutare eius. Annun-
tiate inf gentes gl̄am eius! in om̄
bus pplis mirabilia eius. Quoniā
magnus dominus & laudabilis ni-
mis! terribilis ē sup om̄s deos. Quo
om̄s dii gentiū demonia! dñs aūt
celos fecit: Confessio & pulchritu
do in conspectu eius! scīmonia et
magnificentia in sanctificatione

euus. Afferte dño patrie gentium.
afferte dño glam & honorē. afferte
domino glam nominj euus. Tollite
hostias & introite in atria ei. adora
te dominū in aīo scō ei. Cōmoueat
a facie euus uniuisa terra. dicite in
gentib' quia dominꝰ regnauit. Et
enim correxit orbem qui nō mouebi
tur. iudicabit pplos in equitate.
etentur celi & exultet tra. cōmoue
atur mare & plenitudo euus. gau
debunt campi & oīa que in eis
sunt. Tunc exultabunt oīa lig
na siluarū a facie dñi. quia uenit.
qīo uenit iudicare tram. Iudica
bit orbem trā in equitate. & pplos
O bjs p̄s. dd. in ueritate sua.
regnauit. exultet tra. leten

tur unsilę multę. Nubes & caligo i
circuitu eius: iustitia & iudiciū cœ
rectio sedis ei. Ignis ante ipsum p̄
cedet: & inflāmabit in circuitu in
imicos eius. Alluxerunt fulgura e
ius orbi trę: uidit & mota est tra.
Montes sicut cera fluxer̄t a facie dñi:
a facie domini omnis tra. Annunti
auer̄unt cęli iustitiā ei: & uider̄um
omnes pp̄li glām eius. Confundant
omnes qui adorant sculptilia: qui gl
riantur in symulachris suis: Ador
te eum omnes angli ei: audiuit & lę
tata est syon. Et exultauer̄unt f
lię iude: pp̄t iudicia tua dñe. Quo
tu dns altissimus sup omnem ter̄r
nimis exaltat' es sup omnes deos. Q
diligitis dnm odite malum: cust

Laus
Bñfierit deo qui ambulat

dit dominus animas seꝝ suaꝝ. de
manu peccatoꝝ liberabit eos. Lux
orta ē iusto. & rectis corde lętitia.
ętamini iusti in dño. & confitemini
memorię sctificationis eius. Psalm

Cantate dño & benedicite nōi ei⁹
euangelizate diē de die salutare dei nr̄i
Dīm dei meum
pūte adorate. Qui
Qm mirabilia

CANTATE dño canticum nouū
quia mirabilia fecit.
Saluauit ei dextera ei.
& brachium scm ei. No
tum fecit dns salutare suū. in cō spe
ctu gentium reuelauit iusticiam
suam. Recordat ē misericordie sue & ue
ritatis sue. domui israhel. Viderūt
oēs fines terre. salutare dei nr̄i.
iubilate deo omnis tra. cantate & ex
ultate & psallite. Psallite dño in cy
thara. in cythara & uoce psalmi. in

scm̄ est. Moÿses & aaron in sacerdoti
bus eius/ & samuel inter eos qui inuo
cant nomen eius. Invocabant do
minum & ipse exaudiebat eos/ & in
columpna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius/ & præcep
tum quod dedit illis. O hje ds nr̄
tu exaudiebas eos/ ds tu propitius fu
isti eis/ & ultiscens in omnes adinuen
tiones eor̄. Exaltate dn̄m dm̄ nr̄m̄
& adorate in monte sc̄o eius/ quoniā
sc̄s dn̄s ds noster. p̄ s . o o. a Dz mirabilis fuit dns. a Jubilate
Jubilate deo omnis tra/ seruite dn̄o in
lętitia. Introite in conspectu eius/
in exultatione. Scitote quō dn̄s ip
se ē deus/ ipse fecit nos & non ipsi
nos. Populus eius & oues pascue
eius/ introite portas eius in confessio

tubis ductilibus & uoce tube cornee.
Iubilate in conspectu regis dñi! moue
atur mare & plenitudo ei! orbis
terrarū & qui habitāt in eo. Flum
na plaudent manu simul! montes
exultabunt a conspectu dñi! quoniā
uenit iudicare tram: Iudicabit or
bem terrarum in iustitia! & pplos in
equitate.
Dñs regnauit. Ps dd exultet
urabscantur pplī! qui sedes sup cha
rubin. moueat terra. Dns in syon
magnus! & excelsus sup oēs popul
Confiteant nomini tuo magno! quo
terribile & scm est! & honor regis iu
diciū diligit. Tu parasti directiones
iudicium & iustitiam in iacob tu fe
cisti: Exaltate dominū dm nostrū
& adorate scabellum pedum ei qū

ne. Atria eius in ymnis confitemini illi: Laudate nomen eius quo suauis est dns. In eternū misericordia eius. et usq; in generationem & generatio nem veritas eius. P s d d

Misericordiam & iudicū cantabo tibi dñe. P sallam & intelligam in via immaculata. quando venies ad me. Ambulabam in innocentia cordis mei. in medio domus mee. Non ap ponebam ante oculos meos rem in iustam. facientes p̄uaricationes odi ui: Non adhesit mihi cor prauū. de clinantem a me malignū non cog noscebam. Detrahentem secreto p ximo suo. hunc p̄sequebar. Sup bo oculo & insatiabili corde. cū hoc non edebam. Oculi mei ad fideles

terrę: ut sedeant mecum ambulās
in via immaculata: hic mi ministra
bat. Non habitabit in medio dom
mee qui facit superbiam: qui loq̄t
iniqua ñ dirigit in conspectu ocu
los meos: In matutino interficieba
oēs peccatores terrę: ut disperdere a iubilate deo omn
de ciuitate dñi oēs operantes iniq̄tatē. 2BX.

Psalmus. dauid.

Dne exaudi oratione me
am! et clamor
meus ad
te ueniat.
Non auertas
faciem tuam a me! in quacūq; die
tribulor inclina ad me aurem tuā
In quacumq; die inuocauero te! ue
locit exaudi me. Quia defecerūt
sicut fumus dies mei! & ossa mea
sicut cremium aruerunt.. Percus
sus sum ut fenum & aruit cor
meū! quia obliuius sum comedere

panem meum. A uoce gemitus me
i adhesit os meum carni mee. S i
milis factus sum pellicano solitu
dinis! factus sum sicut nicticorax
in domicilio. V igilaui! & factus
sum sicut passer solitar'ius in te
cto. Tota die exprobrabant mi unumi
ci mei! & qui laudabant me adu
sum me iurabant. Quia cinerem
tanquā panem manducabam!
& poculum meum cum fletu mis
cebam. A facie ire & indignatio
nis tue! quia eleuans allisisti me.
dies mei sicut umbra declinauer't!
& ego sicut fenum ar'ui. Tu au
tem dñe in eter'nū p̄manes! & me
moriale tuum in gener'atione et
generationē. Tu exurgens mise

reberus ſyon! quia tempus miserendi eius! quia uenit tempus: Quo placuerunt seruis tuis lapides eius! et terre eius miserebuntur. Et timebunt gentes nomen tuum dñe! et omnes reges terre gloriam tuam. Quia edificauit dñs syon! et uidebitur in gloria sua. Respexit in orationem humiliuum! et non spreuit precem eorum. Scribantur hec in generatione altera! et populus qui creabitur laudabit dñm: Quia prospexit de excelso sancto suo! dñs de celo in terram aspexit. Vt audiret gemitus compeditorum! ut solueret filios interemptorum. Vt annuntient in syon nomen dñi! et laudem eius in hierlm. In conuenendo populos in unum! et reges. ut ser

uiam domino. Respondit ei in ua
a uir tutus sue. / pauctatem dier' ñ
meoz nunctia mi: Ne reuocet me ī
dimidio dier' um meoz / in genera
tionem & generationem anni tui.
nicio tu dñe terr'am fundasti / et
opa manuum tuar' um sunt celi.
psi pibunt. tu autem pmanes / y
oms sicut uestimentum uetere's /
cent. Et sicut opturum mutabi
eos & mutabunt'ur / tu aut ē idem
ipse es / & anni tui non deficiēt.
ili seruoz tuoz habitabunt / & se
men eoz in sclm dir'igetur. ℔ 2/s
Benedic anima mea dauid.
domino / & omia que int me
sunt nomini sco eius. Benedic a
nima mea domino / & noli obliui

ci oñs retributiones eius. Qui ppitiatur oñib' iniquitatib' tuis: qui sanat oñs infirmitates tuas. Qui redimit de interitu uitã tuã: q coronat te in misericordia & in miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur ut aquile iuuentus tua. Faciens misericordias dominus: & iudicium oñib' iniuriam patientibus. Notas fecit uias suas moysi: filiis isrl uoluntates suas. Q miserator & misericors dominus: patiens & multum misericors. Non in ppetuum irascetur: neq; in eternum comminabitur. Non secm peccata nra fecit nobis: neq; secm iniquitates nras retribuit nobis. Quo secundum altitudinem celi a terra:

cœroborauit misericordiam suam super timentes se. Quantū distat ortus ab occidente: longe fecit a nobis iniq̄tates nr̄as. Quomodo miserē patēr filioz̄ misertus ē dominus timentibus se: quō ipse cognouit figm̄entum nostrum. Recordat ē quō pulueris sumus: homo sicut fenum dies eius: tamquam flos agri sic efflorebit. quoniam spūs pertransibit in illo: & non subsistet: & non cognoscet amplius locū suum: Misericordia autem dn̄i ab eterno & usq; in etnuum super timentes eum. et iustitia illius in filios filioz̄: his qui seruant testamentū ei. & memores sunt mandatoz̄ ipsius: ad faciendū ea. Dns in celo parauit sedem suam: & regnum ipsius oīm

vus dominabit. B enedicte dño oēs ang
li eius/ potentes uirtute. facien
tes uerbum illius ad audiendam
uocem sermonū eius: B enedicte d
mino oēs uirtutes eius/ ministri
eius qui facitis uoluntatē eius. B e
nedicte domino oīa opa eius. in
omni loco dominationis eius/ bene
dic anima mea dño. ℣ s d d

a Cōfessionē et decorē indutus/ a
mictus lumine sicut uestimento
extendens celum sicut pellem/ qui
tegis aquis superiora eius: Qui pon
nubem ascensum tuum/ qui ambu
las sup pennas uentor. Qui facis
angelos tuos spūs/ et ministros tuos

ignem urentem. Qui fundasti ter
ram sup stabilitatem suam: ñ incli
nabitur in scłm scli. Abyssus sicut
uestimentum amictus eius: super
montes stabunt aquę. Ab increpa
tione tua fugient: a uoce tonitrui
tui formidabunt: Ascendunt mon
tes & descendunt campi: in locū q̃m
fundasti eis. Terminum posuisti q̃
non trānsgredientur: neq; conuertent
tur operire tram. Qui emittis fon
tes in conuallibus: inter medium
montium pertransibunt aquę: P ota
bit omnis bestię agri: expectabunt
onagri in sitim suam. Sup ea uolucres
cęli habitabūt: de medio petrarū
dabunt uoces: Rigans montes
de superioribus suis: de fructu operū tuo

rum saṁabit terra. Producens fe
nū iumentis! & herbam seruituti
hominum. Vt educas panem de
terra! & uinum lętificet cor homin
Vt exhilaret facie oleo! & panis co
hominis confirmet. Saturabunt
ligna campi. & cedri libani quas
plantauit! illic passeres nidifica
bunt: Herodii domus dux ē eor.
montes excelsi ceruis! petra refug
ium ericiis. Fecit lunam in tē
pore! sol cognouit occasum suum
Posuisti tenebras & facta ē nox! in
ipsa pertransibunt oēs bestię siluę.
Catuli leonum rugientes! ut rapi
ant! & querant a deo escam sibi.
Ortus ē sol! & congregati sunt! & in c
cubilibus suis collocabunt. Exibit

homo ad opus suum & ad opationē
suam usq; ad uespam. Quā mag
nificata sunt opa tua dñe. omnia
in sapientia fecisti. impleta ē tra
possessione tua. Hoc mare mag
num & spatiosum manib. illic rep
tilia quoz non ē numer⁹. Ani
malia pusilla cum magnis. illic na
ues pambulabunt. O raco iste quē
formasti ad illudendum ei. omnia
a te expectāt ut des illis escā in tē
pore. Dante te illis
colligent. aperiente te manū tuam.
omnia implebunt bonitate. Auer
tente autem te faciem turbabunt.
auferes spm eoz. & deficient. & in
pulueꝛem suum reuertentur.
mitte spm tuum. & creabunt. et

renouabus faciem tre. Sit gla dñi
in seculum! letabitur dñs in opi
bus suis. Qui respicit terram et
facit eam tremere! qui tangit
montes & fumigant: Cantabo do
mino in uita mea! psallam deo
meo quamdiu sum. Iocundum sit
ei eloquium meum! ego uero delecta
bor in domino. Deficiant pecca
tores a terra & iniqui ita ut non
sint! benedic aia mea dño. Ps.
Confitemini dño dd.
& inuocate nomen eius!
annuntiate inter gentes opa eius
Cantate ei & psallite ei! narrate
omnia mirabilia eius: Laudami
ni in nomine sco eius! letetur co.
querentium dnm. Querite dnm

& confirmamus: quer'te faciem
eius semp. Memento mirabili-
um eius que fecit: ꝓdigia & iu-
dicia oris eius. Semen abraham
ser'ui eius: filii iacob electi eius.
ipse dñs ds ñr: in uniuersa ter'ra
iudicia eius: Memor fuit in sclm
testamenti sui: uerbi quod man-
dauit in mille gener'tiones. Q̃d
disposuit ad abraham: & iurañ-
ti sui ad ysaac. Et statuit illud
iacob in p̃ceptum: & isr'l in testa
mentum ęter'num. Tibi
dabo t̃ram chanaan: funiculum
hereditatis ur̃e. Cum ēent nu
mero breui: paucissimi & incole
eius: Et ptransier'unt de gente
in gentem: & de r'egno ad ꝑplm

alter'um: Non reliquit hominẽ no
cere eis:/ et cœr'iptus ꝑ eis regel. Do
lite tangere xp̃os meos:/ œ in ꝓphis
meis nolite malignar'i. Et uocauit
famem sup̃ tram:/ œ omne firmam̃
tum panis contriuit. Misit ante
eos uir'um:/ in seruum uenundat̃
est ioseph: Humiliauer'unt in c
pedibus pedes eius. ferr'um ptran
iit anim̃ eius:/ donec ueniret uer
bum eius. Eloquium domini inflã
mauit eum. misit rex œ soluit eũ
princeps ꝑpl̃oz œ dimisit eum. Con
stituit eum dñm domus sue:/ œ ꝓ
cipem omis possessionis sue: Vt e
r'uditet principes eius sicut semet
ipsum:/ œ senes eius pr'udentiam
doceret. Et intrauit isr'l in egyꝓ

tum: & iacob accola fuit in tra cham:
t auxit ppl̃m suum uehemẽter: et
firmauit eum sup̃ inimicos ei. C ō
uertit cor eoꝝ ut odirent ppl̃m ei⁹:
& dolum facerent in seruos eius.
misit moysen seruum suū: aaron quē
elegit ipsum. P posuit in eis uerba
signoꝝ suoꝝ: et ꝓdigioꝝ in tra cham.
misit tenebras & obscurauit: & nō exa
cerbauit sermones suos: C conuertit
aquas eoꝝ in sanguinem: & occidit
pisces eoꝝ. E dedit terra eoꝝ ranas:
in penetralibus regum ipsoꝝ. D ixit
& uenit cynomia & cynipes: in om
nibus finibus eoꝝ. P posuit pluuias
eoꝝ grandinem: ignem comburentē
in tra ipsoꝝ. E t ꝑcussit uineas eoꝝ
& ficulneas eoꝝ: & contriuit lignum

finuum eoꝝ: ℣ ixit. & uenit locusta
& bruchus cuius n erat numerus.
℟ t comedit omne fenū in tra eoꝝ: & come
dit omnem fructum terꝛ eoꝝ. ℟ t
pcussit omne ꝓmogenitū in terra eo
gypti. ꝓmitias omnis laboris eoꝝ.
℟ t eduxit eos cum argento & auro:
& non erat in tribub eoꝝ infirmu
L ctata ē egyptus in pfectione eoꝝ: qa
incubuit timor eoꝝ sup eos: ℟ xpa
dit nubem in ptectionem eoꝝ: & ig
nē ut luceret eis p noctem. P eti
erunt: & uenit cotur nix: & pane
celi saturauit eos: ℣ isrupit petrā
& fluxerunt aque: abierunt in sic
co flumina. Q uo memor fuit uer
bi sci sui: quod habuit ad abraham
pueꝝ suum. ℟ t eduxit populū

siuum in exultatione: & electos suos in
letitia: Et dedit illis regiones gentiu
um: & labores populorum possederunt.
Et custodiant iustificationes eius: et
legem eius exquirant. P̄s d̄ d̄ ℟ Confitemini d̄no quoniam bonus. ℟ Visita nos dna
Confitemini d̄no: quoniam bonus:
quoniam in sēm misericordia eius. Quis
loquetur potentias dñi: auditas faci
et omnes laudes eius. Beati qui cus
todiunt iudicium: & faciunt iusti
tiam in omni tempore: Memento no
stri dñe in beneplacito populi tui: visi
ta nos in salutari tuo. Ad videndum
in bonitate electorum tuorum: ad letandum
in letitia gentis tue: ut lauderis cū
hereditate tua. Peccauimus cū pa
tribus nr̄is: inique egimus iniquita
tem fecimus: Patres nr̄i in egypto

non uttellexer'unt mirabilia tua: ñ
fuer'unt memores multitudinis mi
sericordie tue. Et irritauer'unt ascenden
tes in mare: mare rubr'ñ. Et sal
uauit eos ꝓpt̄ nom̄ suum: ut no
tã faceret potentiam suam. Et ī
crepauit mare rubr'ñ & exsiccatum
est: & eduxit eos in abyssis sicut in
deser'to Et saluauit eos de manu
odientiũ: & redemit eos de manu
inimici. Et operuit aq̄ tribulantes
eos: unus ex eis non remansit. Et
credider'unt in uerbis eius: & lauda
uerunt laudem ei. Cito fecer'unt
obliti sunt op̄ũ ei: non sustinuer'ũt
consilium eius. Et concupierunt cu
piscentiam in deser'to: & temptauer
runt dm̄ in inaquoso. Et dedit

eis petitionem ipsoꝝ. & misit saturi
tatem in animas eoꝝ. Et irritaue
runt moysen in castris. aaron scm
dñi. Apta est trā. & deglutiuit dā
than. & operuit sup congregationem
abyron. Et exarsit ignis in syna
goga eoꝝ. Flamma obussit peccato
res. Et fecerunt uitulum in oreb.
& adorauerunt sculptile. Et mu
tauerunt glām suam. in similitu
dinem uituli comedentis fenum.
bliti sunt dm qui saluauit eos. qui
fecit magnalia in egypto. mirabilia
in trā cham. terribilia in mari rubro.
t dixit ut dispderet eos. si non moy
ses electus eius stetisset in contractio
ne in ospectu eius. Vt auerteret i
ram eius ne dispderet eos. & pnichi

lo habuer'unt tram desiderabilem.
Non crediderunt in uerbis eius. et
murmurauer'unt in taber'naculis
suis. non exaudier'unt uocem dñi.
Et eleuauit manum suam sup eos.
ut prster'neret eos in deser'to. Et ut
deicer'et semen eor in nationibus.
& dispder'et eos in regionib. Et in
iciati sunt beelphegor. & comeder
sacrificia mortuor. Et irritauer't
eum in adinuentionib suis. & mu
ltiplicata est in eis r'uina. Et ite
rit fineel & placauit. & cessauit
quassatio. Et reputatu est ei
ad iustitiam in generationem & gene
r'ationē. usq; in sempitnum. Et
irr'itauer'unt eum ad aquam xtra
dictionis. & uexatus ē moyses ppt

eos. qui exacerbauerunt spm eius.
Et distinxit in labijs suis. non dispe
dierunt gentes quas dixit dns illis
is. Et cōmixti sunt inter gentes.
& didicerunt opa eoz & seruierunt
sculptilibus eoz. & factum ē illis in
scandalum. Et immolauerunt fi
lios suos & filias suas demonijs. Et
effuderunt sanguinem innocentem.
sanguinem filioz suoz & filiarū sui
arum. quas sacrificauerunt sculptili
bus chanaan. Et infecta ē terra
in sanguinibus. & contaminata ē in o
pib eoz. & fornicati sunt in adinuen
tionibus suis. Et iratus ē furore do
mus in ppl suo. & abhominatus est
hereditatem suam. Et tradidit e
os in manus gentiū. & dnati sunt

eoꝝ qui oderunt eos. ℣t ꝯbulauerꝝt
eos inimici eoꝝ ℣ humiliati sunt
sub manibus eoꝝ. ℣ sepe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerũt cum ꝯ
silio suo. ℣ humiliati sunt in iniq̃
tatibus suis. ℣t audiit cum ꝯbu
larentur. ℣ audiuit orationem eoꝝ
℣t memor fuit testamenti sui. ℣ pe
nituit eum secm̃ multitudinem
misericordie suę: ℣t dedit eos in misere
as. ℣ in conspectu omnium qui cep.ti
eos. S aluos fac nos dñe ds nr̃. ℣ et
congrega nos de nationibus. Vt
confiteamur nomini scõ sẽo tuo. ℣ gl
mur in laude tua. B enedictus d
minus ds isr̃l a seculo ℣ usq; in sclm
℣ dicet oĩs ppls. fiat fiat. P̃s d
Confitemini dño. quõ bonus. quõ

scim misericordia eius: Dicant qui re-
dempti sunt a dño. quos redemit
de manu inimici: & de regionibus
congregauit eos. A solis ortu & occa-
su: ab aquilone et mari. Errauer-
unt in solitudine in inaquoso:
uiam ciuitatis habitaculi non in-
ueneruntt. Esurientes & sitientes:
anima eoz in ipsis defecit. Et cla-
mauerunt ad dñm cũ tribularen-
tur: & de necessitatibus eoz eripuit
eos: Et eduxit eos in uiam rectam:
ut irent in ciuitatẽ habitationis.
confiteantur dño misericordie eius. et
mirabilia eius: filijs hominum. Qui
a satiauit animã inanem: & ani-
mam esurientem satiauit bonis.
edentes in tenebris & umbra mortis:

uinctos in mendicitate & ferro. Qui
a exacerbauerunt eloquia dei. et
consilium altissimi irritauerunt. et
humiliatum est in laboribus cor eorum
& infirmati sunt. nec fuit qui ad
uuuaret. et clamauerunt ad do
minum cum tribularentur. & de
necessitatibus eorum liberauit eos. et
eduxit eos de tenebris & umbra
mortis. & uincula eorum disrupit.
Confiteantur dño misericordie eius. et
mirabilia eius. filiis hominū. Quia
contriuit portas ereas. & uectes ferreos
confregit. Suscepit eos de uia
iniquitatis eorum. propter iniusticias e
orum suas humiliati sunt. Omnem
escam abhominata anima eorum. &
appropinquauerunt usq; ad portas

mortuſ. Et clamauerunt ad dñm
cum tribularent. & de neceſſitatibuſ
eoꝝ liberauit eoſ. Miſit uerbū ſuū.
& ſanauit eoſ. & eripuit eoſ de in
territionib eoꝝ. Confiteantur dño
miſericordie eius. & mirabilia ei. filiuſ ho
minum. Et ſacrificent ſacrificiū laū
dis. & annuntient opa eius in exul
tatione. Qui deſcendunt mare in
nauibuſ. facientes operationem in a
quis multis. Ipſi uiderunt opera
dñi. & mirabilia eius in pfundo.
Dixit & ſtetit ſpūs procelle. & exaltati
ſunt fluctuſ eius. Aſcendunt uſ
q; ad celoſ & deſcendunt uſq; ad a
byſſoſ. anima eoꝝ in malis tabeſce
bat. Turbati ſunt & moti ſunt
ſicut ebrius. & omīs ſapientia eoꝝ

deuorata est. Et clamauerūt ad
dñm cum tribularentur. & de ne
cessitatibus eoꝝ eduxit eos. Et sta
tuit procellam eius in auram. & si
luerunt fluctus eius. Et letati
sunt quia siluerunt. & deduxit
eos in portum uoluntatis eoꝝ. Con
fiteantur dño misericordię eius. & mira
bilia eius filiis hominum. Et ex
altent eum in ecclia plebis. & in ca
thedra seniorꝝ laudent eū. Posuit
flumina in desertum. & exitus aq̄
rum in sitim. Terram fructiferam
in salsuginem. a malicia habitantiu
um in ea. Posuit desertū in stag
na aquarum. & terram sine aquas
exitus aquarum. Et collocauit ibi
esurientes. & constituerunt ciuitat

habitationis. ℭ Et seminauerunt a-
gros & plantauerunt uineas! & fece
runt fructum natiuitatis. ℭ Et be
nedixit eis & multiplicati sunt nimis!
& iumenta eor non minorauit.
Et pauci facti sunt & uexati sunt!
a tribulatione mali & dolore. ℭ Ef-
fusa est contemptio sup principes eor!
& errare fecit eos in inuio & non in
uia. ℭ Et adiuuit pauperem de inopia!
& posuit sicut oues familias. ℭ Vi-
debunt recti & letabuntur! & omnis
iniquitas oppilabit os suu. Quis
sapiens & custodiet hec! & intelliget
misericordias dñi? ℣ s. d d

a Visitet nos Dñs.
Et saluetur nos.
d Confundat

Paratum cor meum ds. paratu
cor meum! cantabo & psallam i
gla mea. ℭ Exurge psalterium & cy-

thara! exurgam diluculo. Confitebor
tt in pplis dñe! & psallam tt in nationi
bus. Quia magna sup celos misericordia
tua! & usq; ad nubes veritas tua.
Exaltare sup celos dñs. misericordia tua! et
sup omnem terram gla tua! ut li
berentur dilecti tui. Salui fac dex
tera tua & exaudi me! dñs locutus ē
in sco suo. Exultabo & diuidā sicimam! & uallem tabernaculoz di
metiar. Meus ē galaad & meus ē
manasses! & effraim susceptio capi
tis mei. Iuda rex meus! moab lebe
spei mee. In idumeā extendam
calciamentū meum! m alienigene
sunt. Quis deducet me u
ciuitatem munitam? quis deduce
me usq; in idumeam? Nonne tu

deus/ qui repulisti nos/ & non exibis
deus in uirtutibus nris. Da nobis
auxilium de tribulatione/ quia uana
na salus hominis.. In deo faciemus
uirtutē/ & ipse ad nichilum dedu/
cet tribulantes nos. ℣s dd.

Os laudem meam ne tacueris/
quia os peccatoris & dolosi su/
per me apti est. Locuti sunt aduer/
sum me lingua dolosa/ & sermonib'
odii circūdederunt me/ & expugna/
uerunt me gratis. Pro eo ut me
diligerent detrahebant mi/ ego au/
tem orabam. Et posuerunt adu/
sum me mala p bonis/ & odium p
dilectione mea.. Constitue sup eum
peccatorem/ & diabolus stet a dextris
eius. Cū iudicatur exeat condemp/

natus. & oratio eius fiat in peccatum
Fiant dies eius pauci. & episcopatum
ei⁹ accipiat alter. Fiant filii ei⁹ or-
phani. & uxor eius uidua. Nutan
tes transferant filij eius & mendicent
eiciantur de habitationibus suis.
Scrutet fenerator omnem substantiã
eius. & diripiant alieni labores eius.
Non sit illi adiutor. nec sit qui mise
reat pupillis eius. Fiant nati ei⁹ in
interitum. in generatione una de-
leatur nomen eius. In memoriam
redeat iniquitas patrum eius. in
spectu dñi. & peccatum matris eius nõ
deleatur. Fiãt ꝑ dñm semꝑ. et
dispeat de terra memoria ei⁹ ꝑ eo
quod non est recordat⁹ facere misericordiã
Et persecut⁹ ẽ hominem inopẽ & mendicũ

& compunctum corde. mortificare. Et
dilexit maledictionē & uenit ei. et
noluit benedictionem & elongabit
ab eo. Et induit maledictionem si-
cut uestimentum. & intrauit sicut
aqua i interiora ei. & sicut oleum i
ossibus eius. Fiat ei sicut uestimēti
quo operit. & sicut zona q̄ semp̄ p̄cin-
gitur. Hoc op̄ eor qui detrahunt m̄i
apud dn̄m. & q̄ loquunt mala aduer-
sus animam meam. Et tu dn̄e dn̄e
fac mecum ꝓpt̄ nom̄ tuum. quia suа-
uis est misericordia tua. Libera me quia
egenus & pauper ego sum. & cor meū
conturbatum est intra me. Sicut
umbra cum declinat ablata sum.
& excussus sum sicut locuste. Genu
a mea infirmata sunt a ieiunio.

& caro mea unmutata ē ꝑter oleum.
Et ego factus sum obꝓbriū illis: uiderūt
me & mouerūt capita sua. Adiuua
me dñe ds mꝰ: saluū me fac ꝓpt
miseriam tuam. Et sciēt quia ma
nus tua hec: & tu dñe fecisti eā. Ma
ledicent illi & tu benedices: q̄ insurgūt
in me confundant̄ur: seruus aut̄ tu
us lętabit̄ur. Induant̄ qui detrahunt
mihi pudore: & opriant̄ sicut diꝑploide
confusione sua. Confitebor dño nimis
in ore meo: & in medio multoꝝ laudā
bo eū. Quia astitit a dextris pauperis
ut saluam faceret a ꝑsequentibus
animam mē a ō. Suscipiat dñs sa
crificiū de manibus tuis ad tuā & nūc
PSALMVS. DAVID
salutē & omnium fidelium tā uiuorū quā
defunctoꝝ. uitā & requiem ꝑpetuā dam

a Dixit dñs.

DIXIT. dñs
domino meo: sede a
dextris meis. donec
ponā inimicos tuos.
scabellū pedum tuoz. Virgam uir
tutis tue emittet dominus ex syon:
dominare in medio inimicoz tuoz.
Tecum principium in die uirtutis tue
in splendoribus scoz: ex utero ante lu
cifer genui te. Iurauit dñs &
non penitebit eum: tu es sacerdos in
ētnum: secm̄ ordinem melchisedech.
Dns a dextris tuis: confregit in die ire sue
reges. Iudicabit in nationibus: im
plebit ruinas: conquassabit capita in ter
ra multoz. De torrente in uia bibet:
Propterea exaltabit caput. Gl̄s. d d.

Confitebor tibi dñe in toto corde
meo: in consilio iustoꝝ & congrega
tione: Magna opa dñi: exquisita i
omes voluntates eius. Confessio et
magnificentia opus eius: & iusticia
ei manet in scm seculi. Memoriã fec
mirabiliũ suoꝝ misericors & miserato
dñs: escam dedit timentib' se. Me
mor in scm testamenti sui: virtutẽ
operum suoꝝ annuntiabit pplo suo.
Vt det illis hereditatem gentiũ: opa
manuũ eius veritas & iudiciũ: Fi
delia omnia mandata eius: confir
mata in scm seculi: facta in veritate
& equitate. Redemptionẽ misit
pplo suo: mandauit in eternũ testamẽ
tum suũ. Scm & terribile nomẽ eius
initium sapientie timor domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus
eū/ laudatio eius manet in sclm scli. ·2B·
Beatus uir qui timet p̄ s. d̄ d̄. a fidelis aut mādatis
ei⁹ affectet i sclm scli.
dn̄m/ in mandatis eius uolet ni
mis. Potens in tra erit semen eius/
generatio rectoꝝ benedicet̄. Gla &
diuitie in domo eius/ & iusticia eius
manet in sclm scli. Exortum ē in te
nebr'is lumen rectis/ misericors & mi
serator & iustus. Iocundus homo
qui miseretur & cōmodat/ disponet
sermones suos in iudicio/ qa in ēt̄nū
non cōmouebitur. In memoria ēt̄
na erit iustus/ ab auditione mala
non timebit. Paratum cor ei⁹ spa
re in domino confirmatum ē cor ei⁹/
non cōmouebit̄ donec despiciat in
imicos suos. Dispsit dedit pauprib⁹/

uſticia eius manet in scłm scti. coꝝu
eius exaltabitur in gla. Peccator ui
debit et uidebit. dentibus suis fre
met et tabescet. desiderium peccatoꝝ

Un mihidsers eus volet nims

Laudate Psalm dauid. puri
pueri dnm. laudate nomen dni
Sit nomen dni benedictum. ex hoc nc
ꝝ usq; in scłm. Asolis ortu usq; ad oc
casum. laudabile nomen dni. Ex
celsus sup oēs gentes dns. ꝝ sup celo
gla eius. Quis sicut dns ds nr qui
in altis habitat. ꝝ humilia respicit
in cęlo ꝝ in tra. Suscitans a terra
inopem. ꝝ de stercore erigens pauꝑ
Vt collocet eum cū ꝓncipibus. cum
ꝓncipibus ꝑpli sui. Qui habitare fa
cit sterilem in domo. matrem filio
rum lętantem. P. — D. —

ℌ exitu ifr̄t de egy̓pto/ domus iacob ā Hic nome dm̄
de populo barbaro. Facta ē iudea bñdictū i ſcīs
ſanctificatio eius/ iſrahel poteſtas ei⁹.
Mare vidit & fugit/ iordanis conuer
ſus ē retrorſum. Montes exultaue
runt ut arietes/ & colles ſicut agni
ouiū.. Quid ē tibi mare quod fugi
ſti/ & tu iordanis quia conuerſus es re
trorſum. ℣ Montes exultaſtis ſicut
arietes/ & colles ſicut agni ouium. ℟
A facie dñi mota eſt tra/ a facie dī ia
cob. Qui conuertit petram i ſtag
na aquarum/ & rupem in fontes a
quarum. Non nobis dñe ñ nobis/
ſ; nomini tuo da gl̄am.. Sup mia
tua & veritate tua/ ne quando di
cant gentes ubi ē ds eor̄. Oīa quecūq; uoluit

fecit. S imulachra gentiū argentū
& aurū! opa manuum hominum
Os habent & non loquentur! oculos
habent & non uidebunt. Aures
habent & non audient! nares ha
bent & ñ odorabunt. Manus habē
& ñ palpabunt. pedes habent & ñ
ambulabunt! non clamabunt in
gutture suo. S imules illis fiant q̄
faciunt ea! & oēs qui confidunt ī
eis. D oī isrl sperauit in dño! adiutor
eor & protector eor ē. D oī aaron spe
rauit in dño! adiutor eor & protector
eor ē. Qui timent dñm sperauerūt
in dño! adiutor eor & protector eor ē.
Dñs memor fuit nrī! & benedixit
nobis. B enedixit domui isrl! be
nedixit domui aaron. B enedixit

omnibus qui timent dñm: pusil
lus cũ maioribus. Adiciat dominꝰ
sup uos: sup uos & sup filios uros.
Benedicti uos dño: qui fecit cẽlum &
terram.. Cẽlum cẽli dño: terrã autẽ
dedit filius hominũ. Non mortui
laudabunt te dñe: neq; omes qui
descendunt in infernum. Sed nos
qui uiuimus benedicimus dño: ex
hoc nunc & usq; in seclm. ℣ s. d d. Dos q̃ viuim⁹ benedicim⁹ dño

Dilexi: quo exaudiet dñs. uocem
orationis mee. Quia inclina
uit aurem suam mihi: & in diebus
meis inuocabo te.. Circumdederunt
me dolores mortis: pericula infer̃i in
ueneruntt me. Tribulationem &
dolorem inueni: & nomen domini
inuocaui. O dñe libera animam

ar̃ inclinauit dñs

meam miserícors dñs & iustus! & dñs
ñr miseretur. Custodiens parvu
los dominus! humiliatus sum et
liberavit me.. Convertere anima
mea in requiem tuam! quia dñs
bene fecit tibi.. Quia eripuit ani
mam meam de morte. oculos meos
a lacrimis! pedes meos a lapsu. Pla
cebo dño in regione vivoz. ℣s. d̄o.

Inclinauit dñs aurē suā mihi

Credidi ꝓpter quod locutus sum!
Ego autem humiliat̄ sum nimis
Ego dixi in excessu meo! omis homo
mendax. Quid retribuā dño! p om
nibus que retribuit mihi.. Calicem sa
lutaris accipiam! & nom̄ dñi invo
cabo. Vota mea dño reddam cor̄
omi ꝑpło eius! ꝑciosa in conspectu
dñi mors scoz eius. O dñe quia ego

ser'uus tuus! ego ser'uus tuus & fi/
lius ancille tue. D ir'upisti uincu
la mea! t tibi sac'ficabo hostiam laudis!
& nomen dñi inuocabo. V ota mea
reddam in conspectu omis pli ei?
in atriis domus dñi. in medio tui
y hier'usalem. P s d d. a Credidi ppter quod locutus
sum.

Laudate dominū omes gentes!
laudate eum omnes populi.
quoniam confir'mata ē sup nos mi/
ser'icordia eius! & ueritas dñi ma
net in eter'num. P s d d. a Laudate dominum omnes
gentes.

Confitemini domino! quō bonus.
quō in sclm misericordia eius. D i/
cat nunc isr'l! quō bonus! quō in
sclm misericordia ei? D icat nunc dom
aar'on! quō in sclm misericordia eius:
icant nunc qui timent dominū!

qñ̃o in sc̃m̃ misc̃dia eius. D e tribu
latione inuocaui dñm̃! & exaudiuit
me in latitudine dñs. D ñs m̃ ad
iutor! non timebo quid faciat m̃
homo. D ñs m̃ adiutor! & ego despi
ciam inimicos meos. B onum ẽ cfi
dere in dño! quam cfidere in hõie:
B onum ẽ spare in dño! quam spare i
pncipibus. D mis gentes circuier̃t
me! & in nomine dñi quia ult̃o sũm
in eos. C ircumdantes circumde
derunt me! & in nõie dñi quia ul
tus sum in eos. C ircumdederũt
me sicut apes & exarserunt sicut
ignis in spinis! & in nomine dñi q̃
a ultus sum in eos. I mpulsus euer
sus sum ut caderem! & dñs suscepit
me. F ortitudo mea & laus mea do

minus/ ꝫ factus ē m̄ in salutē. Vox
exultationis & salutis/ in tabernaculis iustoꝝ. D extera dñi fecit virtutem/ dextera dñi exaltauit me/ dextera dñi fecit virtutem. Non moriar sꝫ uiuam/ & narrabo opera dñi. C astigans castigauit me dominus/ & morti non tradidit me.. Aperite m̄ portas iustitie/ ingressus in eas confitebor domino/ hec porta dómini iusti intrabunt in eam. C onfitebor tibi/ quo exaudisti me/ & factus es m̄ in salutem. L apidem quē reprobauerūt edificantes/ hic factus est in caput anguli. A dño factum ē istud/ & ē mirabile in oculis nr̄is. Hec est dies quam fecit dñs/ exultemus & letemur in ea: O dñe sal

uũ me fac'o dñe vene ꝓſpare' vene
dictus qui uenturus est in nomine
domini. Benedixumus uobis de do
mo dñi' ds dns & illuxit nobis. Cō
stituite diem sollempnem in conden
sis' usq; ad cornu altaris. Deꝰ ms
es tu. & cōfitebor t'. ds ms es tu. &
exaltabo te. Confitebor tibi' quō ex
audisti mé' & factus es m in salutē
Confitemini dño' quō bonus' quō in
sclm misericordia eius. P̄ s. d̄ d.

Beati immaculati in uia' qui am
bulant in lege dñi. Beati qui
scrutantur testimonia eius' in tota
corde exquirunt eum. Non enī q̄
operantur iniquitatem' in uiis ei'
ambulauerunt. Tu mandasti
mandata tua custodire nimis. Vi

nam dirigantur uie mee/ ad cu
stodiendas uustificationes tuas.
unc ñ confundar/ cum ꝑspexero ī
omnibus mandatis tuis. Confi
tebor t̄ in directione cordis/ in eo qđ
didici uudicia uusticie. I ustificatio
nes tuas custodiam/ non me dere
linquas usq; quaq;. I n quo corrigit
adolescentior uiam suam/ in custodi
endo sermones tuos.. I n toto corde
meo exquisiui te/ ne repellas me a
mandatis tuis. I n corde meo abs
condi eloquia tua/ ut non peccem
tibi. B enedictus es dñe/ doce me
uustificationes tuas. I n labiis mei
pnuntiauj/ omia uudicia ore tuo.
n uia testimonioz tuoz delectat sũ/
sicut in omib' diuitijs.. I n manda

tis tuus exercebor: & considerabo iu
as tuas. In iustificationib' tuis me
ditabor: non obliuiscar sermones tuos
Retribue seruo tuo. ℘ s. d d.
Viuifica me: & custodiam ser
mones tuos. Reuela oculos meos:
& considerabo mirabilia de lege tu
a. Incola ego sum in terra: non abs
condas a me mandata tua. Concu
piuit aia mea: desiderare iustifi
cationes tuas in omi tempe. Incre
pasti superbos: maledicti qui declinã
a mandatis tuis. Aufer a me opp.
briu & despectiu: quia testimonia
tua exquisiui. Etenim sederunt
pncipes & aduersum me loquebant
ser uus autẽ tuus exercebatur in
iustificationib' tuis. Nam & testi

mona tua meditatio mea ē! & con
silui meū iustificationes tuę: Ad
hesit pauimento anima mea! iuuifi
ca me scdm uerbum tuum. Vias
meas enuntiaui & exaudisti me!
doce me iustificationes tuas. Viā
iustificationū tuarū instrue me!
& exercebor in mirabilib⁹ tuis. Dor
mitauit aīa p̄ tedio! confirma me
in uerbis tuis. Viam iniq̄tatis a
moue a me! & lege tua miserere mei:
Viam ueritatis elegi! iudicia tua n̄
sum obliuis. Adhesi testimoniis tu
is dñe! noli me confundere.
Viam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri! cum
dilatasti cor meum. P̄ s. d̄ d̄.
Legem pone m̄i dñe uiam iusti
ficationum tuarum! & exq̄rā

eam semp. D a m intellectum & scru
tabor legem tuā: & custodiam illā
in toto corde meo. D educ me in sem
ta mandator tuor: quia ipsam uo
lui. I nclina cor meum in testimo
nia tua: & non in auaritiā. A uer
te oculos meos ne uideant uanita
tem: in uia tua uiuifica me. S ta
tue seruo tuo eloquiū tuum: in ti
more tuo. A mputa obprobriū meū
quod suspicatus sum: quia iudicia
tua iocunda: E cce concupiui ma
data tua: in equitate tua uiuifica
me. E t ueniat sup me misericordia tu
a domine: salutare tuum secm e
loquium tuum. E t respondebo ex
-probrantibus michi uerbum: quia
speraui in sermonib' tuis. E t ne au

feras de ore meo uerbum ueritatis usq;
quaq;! quia in iudicijs tuis supr sperauj.
t custodiam legē tuam semp! in sēcl'm
& in sēcl'm sēcli.· Et ambulabam ī latī
tudine! quia mandata tua exquisi
uj. Et loquebar' in testimonijs tu
is in conspectu regum! & non cōfun
debar. Et meditabar' in manda
tis tuis quę dilexi. Et leuaui ma
nus meas ad mandata tua quę di
lexi! & exercebor in iustificationib'
tuis.

Memor esto p salmus d d. tuus.
uerbi tui seruo tuo! in quo m̄
spem dedisti.· Hec me cōsolata ē in
humilitate mea! quia eloquium
tuum uiuificauit me. Superbi in
iq; agebant usq;quaq;! a lege aut̄
tua non declinauj. Memor fui iu

diciõz tuõz a scio dñe. & consolatõ fũ.
D efecto tenuit me p peccatoꝛib. dere
linquentibus legem tuam. C anta
bules in erant iustificationes tue. in
loco pegrinationis mee: Memor fui
in nocte nominis tui dñe. & custo
dini legem tuam. H ec facta ẽ mi.
quia iustificationes tuas exq̃siui.
P ocio mea dñe. dixi custodire legem
tuam. D eprecatus sum faciem tuam
in toto coꝛde meo. miserere mei scdm
eloquiũ tuum. C ogitaui uias me
as. & conuerti pedes in testimonia tua
a. Paratus sum & nõ sum turbat.
ut custodiam mandata tua. F u-
nes peccatoꝛ circumplexi sunt me.
& legẽ tuam nõ sum oblit. M edia
nocte surgebam ad confitendum t.

sup̄ iudicia iustificationis tuę. Par
ticeps ego sum omniū timentium te.
& custodientiū mandata tua. Mi
sericordia tua dñe plena ē terra. iu
stificationes tuas doce me. p̄ s d̄ d.
Bonitatem fecisti cū seruo tuo
dñe. secūm uerbū tuum. Bo
nitatem & disciplinā & scientiā do
ce me. qa mandatis tuis credidi.
Priūq̄m humiliarer ego deliqui. Ppte
rea eloquium tuū custodiui. Bonus
es tu & in bonitate tua doce me. iu
stificationes tuas. Multiplicata est
sup̄ me iniquitas superbox. ego autē
in toto corde scrutabor mandata tua:
Coagulatum ē sicut lac cor eox. ego
uero legem tuam meditatus sum. Bonū
mihi quia humiliasti me. ut discam

uustificationes tuas. Bonū m lex ozis
tui: sup milia auri & argenti. Mañ
tuę dñe fecer'ūt me & plasmauer'unt
me: da m intellectū ut discam man
data tua. Qui timēt te uidebunt
me & lętabunt: quia in uerbo tuo
sup sparui.. Cognoui dñe quia ęqtas
iudicia tua: & in ueritate tua humi
liasti me. Fiat misęcdia tua ut con
soletur me: secdm eloqū tuū ser'uo
tuo. Veniant m miser'ationes tuę
& uiuā: qa lex tua meditatio mea ē.
Confundantur superbi quia iniuste i
iqtatē fecer'unt in me: ego autē ex
er'cebor in mandatis tuis. Conuer
tantur m timentes te: & qui nouer
'unt testimonia tua.. Fiat cor
meum immaculatū: in uustificatio-

nubus tuus ut non confundar. ℔ s dd.

Defecit in salutare tuo aīa mea!
& in uerbum tuū sup̄ sp̄am. Defe-
cerunt oculi mei in eloquiū tuum
dicentes! quando consolaberis me. Quia
factus sum sicut uter in pruina!
iustificationes tuas non sum oblit⁹.
Quot sunt dies serui tui! quando facies
de p̄sequentib⁹ me iudiciū: Narra-
uerūt mihi iniqui fabulationes! s; nō
ut lex tua. Omnia mandata tua ue-
ritas! iniq̄ p̄secuti sunt me adiuua
me. Paulomin̄ consumauerūt me in
terra! ego aut̄ non dereliq̄ manda
ta tua. Secdm misericordiam tuā uiui
fica me! & custodiam testimonia oris
tui. In ęternum dne! uerbū tuū p̄ma
net in cęlo. In generatione & gene

rationē uerꝭtas tua. fundasti terrā
& ꝑmanet. O rōinatione tua ꝑseue
rant dies. quō oīa seruiunt tibi.
Nisi q̄o lex tua meditatio mea ē. tunc
forte pissem in humilitate mea. In
ēternum non obliuiscar iustificationes
tuas. quia in ipis uiuificasti me.
Tuus sum ego saluū me fac. quō iu
stificationes tuas exquisiui. Me ex
pectauer'ūt peccatores ut ꝑderent
me. testimonia tua intellexi. O mi
ꝛationis uidi finē. latū mandā
tū tuum nimis. ℣ s. dauid.
Quom dilexi legem tuam dne. to
ta die meditatio mea ē. Sup
inimicos meos prudentē me fecisti
mandato tuo. quia ī ēternum m est.
Sup oīs docentes me intellexi. quia

testimonia tua meditatio mea ē: S u
p senes intellexi: quia mandata tua
quesiui. A b omni via mala prohibui
pedes meos: ut custodiam uerba tua.
Iudicium tuum non declinaui: quia tu
legem posuisti mi. Quam dulcia fau
cibus meis eloquia tua: sup mel oi
meo. A mandatis tuis intellexi: pp
terea odiui omnem uiam iniq̃tatis: L u
cerna pedibus meis uerbum tuum: et
lumen semitis meis. I uraui & statui:
custodire iudicia iusticie tue. H umi
liat sum usq: quaq: dñe uiuifica me
secm uerbum tuum. V oluntaria o
ris mei beneplacita fac dñe: & iudi
cia tua doce me. A nima mea in ma
nibus meis semp: & legem tuā non
sum oblit. P osuerunt peccatores la

queū mich! & de mandatis tuis non
erubui. H ereditate acq̄siui testimo
nia tua in ęternum! quia exultatio
cordis mei sunt. I nclinaui cor meū
ad faciendas iustificationes tuas in
ęternum! ppter retributionē. l's dd
I niquos odio habui! & legem tuam
dilexi. A diutor & susceptor mis es
tu! & in uerbum tuū sup̄ sperau: D e
clinate a me maligni! & scrutabor
mandata dei mei. S uscipe me se
cundū eloq̄ū tuū & uiuam! & nō
confundas me ab expectatione mea.
A duuua me & saluus ero! & meditabo
in iustificationib' tuis semp̄. S pre
uisti omis discedentes a iudiciis tuis.
quia iniusta cogitatio eor. P reua
ricantes reputaui omis peccatores

terre. ideo dilexi testimonia tua..
Confige timore tuo carnes meas. a iu
dicijs enim tuis timui. Feci iudi
cium & iusticiā. non tradas me calūp
niantib' me. Suscipe seruū tuum
in bonū. non calumpniant̄ me sup
bi. Oculi mei defecerunt in salutā
re tuum. & in eloquiū iusticie tue.
Fac cum seruo tuo secm misericiam
tuam. & iustificationes tuas doce
me.. Seruus tuus sum ego. da m̄
intellectū ut sciam testimonia tua.
Tem̄p faciendi dñe. dissipauerunt
legem tuam. Ideo dilexi manda
ta tua. sup aurum & topazion. Prop
terea ad omnia mandata tua dirige
Vbar omnē uiā iniq̄ odio habui. ℔ dd.
Mirabilia testimonia dñe. ideo

ſcrutata ē ea aīa mea: D eclaratio ſer
monū tuoꝝ illuminat / & intellectū
dat paruulis. O s meum aperui & ad
traxi ſpīm / quia mandata tua deſi
derabam. A ſpice in me & miſerere
mei / ſecūm iudiciū diligentiū nomī
tuū. G reſſus meos dirige ſecūm eloq̄
um tuum / & non dñetur mei omīs
iniuſticia. R edime me a calumpni
is hominum / & cuſtodiam manda
ta tua.. F aciem tuā illumina ſup
ſeruum tuum / & doce me iuſtifica
tiones tuas. E xitus aquarum de
duxerunt oculi mei / quia nō cuſto
dierunt legem tuam. I uſtus es
dñe / & rectum iudicium tuū. M an
dasti iuſticiam teſtimonia tua / &
ueritatem tuam nimis. T abes

cere me fecit zelus mꝰ. quia oblti
sunt uerba tua inimici mei. I g
nitum eloquium tuū uehementʒ.
& ser⁹ tuus dilexit illud. A do
lescentulus sum ego & contēptus.
iustificationes tuas non sum oblt⁹.
iusticia tua iusticia in ęternum. & lex
tua ueritas. T ribulatio & angustia
a inuenerūt me. mandata tua
meditatio mea ē. E quitas testi
monia tua in ęternum. intellectum
da mi & uiuam. ℔ s. d d.
Clamaui in toto corde exaudi
me dñe. iustificationes tuas
requiram. C lamaui ad te saluū
me fac. & custodiam mandata tua.
Preueni in matutinis & clamaui.
in uerbo tuo sup̄ sp̄aui. P reuene

runt oculi mei ad te diluculo: ut
meditarer eloquia tua. Vocē meā
audi scdm misericordiam tuā: & scdm iu
diciū tuum uiuifica me. Appropin
quauerunt psequentes me iniqui
tate: a lege autem tua longe facti
sunt. Prope es tu dne: & oīs uie tue
ueritas. Initio cognoui de testimo
nijs tuis: quia in ēternum fundasti
eam. Vide humilitatem meam et
eripe me: quia legem tuam nō sum
oblitus. Iudica iudicium meum
& redime me: ppt eloquium tuum
uiuifica me: Longe a peccatoribus
salus: quia iustificationes tuas nō
exquisierunt. Misericordie tue multe
domine: scdm iudiciū tuū uiuifi
ca me. Multi q̄ psecunt me et t

bulant me. a testimonius tuus non
declinauj. Vidi p̃uaricantes & ta
bescebam. quia eloquia tua ñ cus
todierunt. Vide q̃o mandata di
lexi dñe. in miscdia tua uiuifica
me: Principiũ uerboz tuoz ueri
tas. in ętnum omña iudicia iusti
cię tuę. Psalm̃ dauid
Principes pśecuti sunt me gra
tis. & a uerbis tuis formidauit
coz meum. Letabor ego sup eloq̃a
tua. sicut qui inuenit spolia mul
ta. Iniquitatem odio habui & ab
homin̄atus sum. legem autẽ tuã
dilexi. Septies in die laudẽ dixi
tibi. sup iudicia iusticię tuę: Pax
multa diligentib̃ legẽ tuã. & non
ẽ illis scandalum. Exspectabam

ſaluttare tuum dñe. & mandata tua
dilexi. Cuſtodiuit aīa mea teſtimo
nia tua. & dilexit ea uehemēter.
Seruauu mandata tua & teſtimonia
tua. quia omīs uie mee in conſpec
tu tuo. Appropinquet deīcatio me
a in ꝯſpectu tuo domine. iuxta elo
quiū tuū da mihi intellectum.
Intret poſtulatio mea in ꝯſpectu tu
o. ſcdm eloquiū tuum eripe me.
Eructabunt labia mea ymnū. cum
docueris me iuſtificationes tuas.
Pronunciabit lingua mea eloquiū
tuū. quia omīa mandata tua eq̄
tas. Fiat manus tua ut ſaluet
me. quō mandata tua elegi. Co
cupiui ſaluttare tuū dñe. & lex ti
a meditatio mea ē. Viuet anim

mea & laudabit te. & iudicia tua
a adiuuabūt me. Erraui sicut
ouis que pit. quere seruū tuū
quia mandata tua nō sum oblit.
Ad dñm cum tribularer clamaui. & exau
diuit me. Dñe libera animā me
am a labiis iniquis. & a lingua
dolosa. Quid detur tibi aut q̄d
apponatur tibi ad linguam dolo
sam: Sagitte potentis acute. cū
carbonibus desolatoriis. Heu mihi
quia incolat meus prolongatus ē.
habitaui cum habitantib cedar.
multū incola fuit anima mea.
um his qui oderunt pacem erā
pacificus. cum loquebar illis im
pugnabant me gratis. P̄s. vv.

Leuauı oculos meos ın montes.
unde uenıet auxılıum mıchı
Auxılıum meum a dño. qui fecıt
cęlū & tȳram: Non det ın ımotıo
nem pedem tuum. neq; dormıtet
qui custodıt te. ecce non dormı
tabıt neq; dormıet qui custodıt
ıſr̄l. dñs custodıt te. dñs protectio
tua supꝑ manum dexteram tuam
Per dıē sol non urēt te. neq; luna
ꝑ noctem. dñs custodıt te ab
omnı malo. custodıat aīam tuā
dñs. dñs custodıat ıntroıtum
tuū & exıtum tuum. ex hoc nūc
& usq; ın seculum ꝓ s d d

a Auxılıum meū a dño.

Lętatus sum ın hıs quę dicta
sunt mı. ın domum dñı ıbı
mus. Stantes erant pedes nr̄

in atr'iis tuis hier'lm. H ier'lm que
edificatur utt ciuitas: cui' partici
patio eius in to ipsum. I lluc enim
ascender'unt tr'ibus tr'ibus dñi tes
timonium isr'l: ad cfitendum nõi
dñi: Q uia illic seder'unt sedes in
iudicio: sedes sup domum dauid.
ogate que ad pacem sunt hier'lm:
y habundantia diligentib' te. F iat
pax in uir'tute tua: & habundan
tia in tur'ribus tuis. P ropt fr̃s me
os & pximos meos: loquebar' pacẽ
de te. P ropt domum dñi di nr̃i:
quesiui bona tibi. Psalm̃ dauid
A d te leuaui oculos meos: qui
habitas in celis. E cce sicutt o
culi seruor: in manib' dnor suor.
Sicutt oculi ancille in manib' dñe

sue! tra oculi nr̄i ad dn̄m deū nr̄m! donec misereatur nr̄i. O miserere nr̄i dn̄e. miserere nr̄i! quia multum repleti sumus despectione. Quia multum repleta est aīa nr̄a! obpro briuum habundantibus & despecti o superbis. p s. d d.

Al hūds tract' miss' ne nota.

Nisi quia dn̄s erat in nobis! dicat nunc isr'l. nisi quia dn̄s erat in nobis. Cū exurgerent homines i nos forte uiuos deglutissent nos. Cum irascereţur furor eor in nos! forsitan aqua obsorbuissent nos. Torrentē ptransiuit aīa nr̄a! forsitan ptīns ysset aīa nr̄a aquam intolerabilem. Benedictus dn̄s! qui non dedit nos in captionē dentibus eor. Anima nr̄a sic passer erepta ē! de laqueo

uenantuum. Laqueus contri'ti' est.'
& nos uberati sumus. Adiutoriu
nr'm in nõie dñi.' qui fecit cẽlum
& ter'ram. p̄ s d d

Qui confidunt in dño sic mons sy
on.' non commouebit' in ẽternũ q̄
habitat in hier'lm. Montes in cir
cuitu eius & dñs in circuitu ppli
sui.' ex hoc nunc & usq; in sclm. Q
a non r'elinquet uir'gam peccator
sup sortem iustor.' ut non extendãt
iusti ad iniquitatẽ manus suas.'
Bene fac dñe.' bonis & rectis corde. D e
clinantes autem in obligationes
adducet dñs cum operantib' iniqui
tatem.' pax sup isr'l. p̄ s d d

Inconuer'tendo dñs captiuitatem
syon.' facti sumus consolati. Tunc

repletum est gaudio os nr̄m: & lin
gua nr̄a exultatione. Tunc dicent
inter gentes: magnificauit dñs fa
cere cum eis: O magnificauit dñs
facere nobiscum: facti sumus le
tantes. C onuerte dñe captiuitatem
nr̄am: sicut torrens in austro.
Qui seminant in lac̄rimis: in exulta
tione metent. E untes ibant et
flebant: mittentes semina sua.
Venientes autem uenient cum ex
ultatione: portantes manipulos suos
Nisi dñs ædificauerit domū: in uanum labo
rauerūt qui ædificant eam. Nisi
dñs custodierit ciuitatem: frustr̄
uigilat qui custodit eam. Vanū
est uobis ante lucem surgere: surgi

te postquã sederis/ qui manducaris panem dolorus. Cum dederit dilectis suis somnũ/ ecce hereditas domini filij merces fructus uentris. Sicut sagitte in manu potentis/ ita filii excussor/ Beatus uir qui impleuit desiderium suũ ex ipsis/ non confundetur cum loquitur inimicis suis in porta. Ps̃ dd̃. nisi tu dne fuerit nr̃ auxilium respice oculi mei

Beati oñs qui timent dñm/ qui ambulant in uijs eius. Labores manuum tuarum quia manducabis/ beatus es & bene tibi erit. Uxor tua sicut uitis habundans/ in latꝰ domus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarum/ in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo/ qui timet dñm. Benedicat tibi

dñs ex syon. & uideas bona hierlm
omnibus diebus uite tue. Et ui
deas filios filiorꝫ tuorꝫ. pacē sup isr
Beti oēs q timēt dominū

Sepe expugnauerūt ps dd.
me a iuuentute mea. dicat
nunc israhel. Sepe expugnaue
runt me a iuuentute mea. etenī
non potuerūt m̄. Supra dorsū
meum fabricauerunt peccatores.
plongauerunt iniquitatē suā.
Dns iustus concidet ceruices pecca
torꝫ. confundantur & conuertant
retrorsum oēs qui oderunt syon.
Fiant sicē fenum tectorꝫ. quod priusq
quā euellatur exaruit. De quo
non implebit manū suam q̄ me
tet. & sinum suum qui manipu
los colliget. Et ñ dixerunt qui

ꝑteribant. / benedictio dñi sup uos. /
benedixim⁹ uobis in nõie domini.

Sepe expugnauit
me a iuuentute mea

De ꝓfundis ꝓ̄s ꝺ̄ ꝺ̄.
clamaui ad te dñe. / dñe exau
di uocem meam. Fiant aures
tue intendentes. / in uocem deꝑca
tionis mee. Si iniquitates obser
ueris dñe. / dñe quis sustinebit.
Quia apud te ꝓpitiatio est. / & ꝓter
legem tuam sustinui te dñe. Sus
tinuit aĩa mea in uerbo eius. / spe
rauit aĩa in dño. A custodia matu
tina usq; ad noctem. / spet isr̄l' ī dño.
Quia apud dñm misericordia. / & copio
sa apud eum redemptio. Et ipse
redimet isr̄l ex omnibus iniqui
tatibus eius. ꝓ̄s. ꝺ̄ ꝺ̄.

Deus non ē exaltatum cor me

um / neq; elati sunt oculi mei. Ne
q; ambulaui in magnis / neq; in
mirabilibus supp me. Si non hu
militer sentiebam / sed exaltaui am
mam meam. Sicut ablactatus ē
supp matre sua / ita retributio in
anima mea. Spet isr'l in dño / ex
hoc nunc & usq; in selm. p̄ s. d̄ d

d Spuer isr'l t dño.

R.

d Memento

Memento dñe dauid / & omnis
mansuetudinis eius. Sicut
iurauit domino / uotum uouit deo
iacob. Si introiero in tabernacu
lum domus meę / si ascendero in le
ctum strati mei. Si dedero somnū
oculis meis / & palpebris meis dor
mitationem. Et requiem tempo
ribus meis donec inueniam locū
domino / tabernaculum deo iacob

Ecce audiuimus ea in ęufrata. in
uenimus eam in campis siluę. In
troibimus in tabernaculum eius.
adorabimus in loco ubi steterunt
pedes eius.. Surge dñe in requiē
tuam. tu & archa scīficationis
tuę. Sacerdotes tui induantur
iustitia. & sci tui ęxultent. Pro
ter dauid seruum tuum. non a
uertas faciem xpi tui. Iurauit
dominus dauid ueritatem & ñ
frustrabitur eum. de fructu uen
tris tui ponam sup sedem tuam.
Si custodierint filij tui testamētum
meum. & testimonia mea hec q̄
docebo eos.. Et filij eoz. usq; in
sclm sedebunt sup sedem tuam.
Quō elegit dñs syon. elegit eam ī

habitationem sibi. Hec requies mea in seculum! hic habitabo quoniam elegi eam. Viduam eius benedicens benedicam! pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari! & sci eius exultatione exultabunt: Illuc producam cornu dauid parauu lucernam xpo meo. Inimicos eius induam confusione! super ipsum autem efflorebit sanctificatio

Ecce quam p̄ s d̄ d. smea. bonum & quam iocundū! habitare frs in unum. Sicut unguentū in capite! quod descendit in barbam barbam aaron. Quod descendit in hora uestimenti eius! sicut ros hermon qui descendit in montem syon: Quoniam illuc mandauit do

munus benedictionem / & uitam
usq; in seculum. P̄ s d̄ d̄. Ecce q̄ bō & q̄ iocū

Ecce nunc benedicite dominō /
omēs serui domini. Qui sta
tis in domo dñi / in atriis domus
dei nr̄i. In noctib⁹ extollite man⁹
uras in sancta / & benedicite dño.
Benedicat te dominus exsyon / qui
fecit celum & terram. P̄ s d̄ d̄.
Laudate nom̄ dñi / laudate ser
ui dominū. Qui statis in do
mo dñi / in atriis domus di nr̄i.
Laudate dñm quia bonus dñs / psal
lite nomini eius quō suaue ē. Quō
iacob elegit sibi dominus / isr̄l in
possessionem sibi. Quia ego cogno
ui quod magnus ē dominus /
& ds nr̄ p̄ omnib⁹ dijs. Omnia q̄

cumq; uoluit dñs fecit in cęlo & in
terra / in mari & in omñb' abyssis.
Ę ducens nubes ab extremo terrę / ful
gura in pluuiam fecit. Qui pdu
cit uentos de thesauris suis / qui p
cussit primogenita egypti / ab hoīe
usq; ad pecus. Ę misit signa & pdi
gia in medio tui ęgyptę / in pharao
nem & in omīs seruos eius. Qui p
cussit gentes multas / & occidit re
ges fortes. Seon regem amorreoz /
& og regem basan / & omnia regna
chanaan. Ę t dedit terram eoz he
reditatem / hereditatem isrł pplo
suo. Dñe nomen tuum in ętnum.
dñe memoriale tuum in generatio
ne & generatione. Quia iudicabit
dñs pplm suum / & in seruis suis

depcabtur. S mulachra gentiu
argentum y aurum. opa manuu
hominu: O s habent & non loqn
tur. oculos habent & non uidebt.
Aures habent & non audient. neq;
enim e spc in ore ipsoz. S mules
illis fiant qui faciunt ea. & oms
qui confidunt in eis. d omus isrl
benedicte dño. domus aaron be
nedicte dño. p omus leui bene
dicte dño. qui timetis dm be
nedicte domino. B enedictus dns
ex syon. qui habitat in hierlm. a

a Oīm ḡrīas volumꝰ
fiat.

Confitemini l s . d d .
dño quo bonus. quo in etnu
misdia eius. Confitemini deo de
oz. quo. Confitemini dño dnoz.
quo. Qui facit mirabilia mag

na solus ℣ qñ. Qui fecit cælos in in
tellectu ℣ qñ. Qui firmauit terrã
sup aquas ℣ qñ. Qui fecit lumina
ria magna ℣ qñ. Solem in potesta
tem diei ℣ qñ. Lunam & stellas i
potestatem noctis ℣ qñ: Qui pcussit
egyptum cum ꝑmogenitis eoꝝ ℣ qñ
Qui eduxit isr'l de medio eoꝝ ℣ quoniã
In manu potenti & brachio excelso ℣
qñ. Qui diuisit mare rubrum i
diuisiones ℣ qñ. Et eduxit isr'l ꝑ
mediũ eius ℣ qñ: Et excussit ph
raonem & uirtutẽ eius in mari ru
bro ℣ qñ. Qui traduxit ꝑplm suũ
ꝑ desertum ℣ qñ. Qui pcussit re
ges magnos ℣ qñ. Et occidit reg
fortes ℣ qñ. Seon regem amœreoꝝ
qñ ℣ Et og regem basan ℣ qñ. Et

dedit terram eoz hereditatem. qñ.
Hereditatem ifrl seruo suo. qñ. Qui
a in humilitate nra memor fuit no
stri. qñ. Et redemit nos ab inimi
cis nris. qñ: Qui dat escam omi
cari. qñ. Confitemini deo celi.
qñ. Confitemini dño dñoz. qñ ī
ñnum misericia ei. P̄ s. ō ō.

Qm meum nñ ei

2R.

Sup flumina babilonis illic se
dimus & fleuimus. dū recor
dar̄emur syon. In salicib' in medio
eius. suspendimus organa nostra:
Quia illic interrogauer̄unt nos qui
captiuos duxer̄it nos. uerba canti
onū. Et qui abduxer̄unt nos. ym
num cantate nobis de canticis syon.
Quom̄ cantabimus canticū dñi. ī
terra aliena. Si oblitus fuero tui

i hier'lm / obluuioni detur dext'a
mea. Adhereat lingua mea fauci
b' meis / si non meminero tui: Si n
-ppoſuero hier'lm / in ꝓncipio lęticię
meę. Memor esto dñe filioꝝ edom /
in die hier'lm. Qui dicunt. exi
nanite exinanite / usq; ad fundа
mentum in ea. Filia babylonis mi
sera / beatus qui retribuet ti retri
butionem tuam qm retribuisti no
bis. Beat' qui tenebit / & alliget
paruulos suos ad petrã. ℣ S. d d

Omnes etnicte nos
de etnicas syon

In aspectu

Confitebor tibi dñe in toto corde
meo / quo audisti uerba oris m
i. In conspectu angloꝝ psallam ti
adorabo ad tẽplum sc̃m tuum &
confitebor nomini tuo. Sup mia
tua & ueritate tua / quo mag

nificasti sup̄ omne nomen sc̄m tuū.
In quacumq; die inuocauero te exau
di me: multiplicabis in anima me
a uir tutem. Confiteantur tibi do
mine om̄s ter'r'e: quia audier'unt
omnia uer'ba oris tui: Et cantent
in uiis domini: quoniam magna
ē gl'a dn̄i. Quō excelsus dominus
& humilia respicit: & alta a longe
cognoscit. Si ambulauero in me
dio tribulationis uiuificabis me: et
sup̄ iram inimicor̄ meor̄ extendi
sti manum tuam: & saluum me
fecit dextera tua. Dominus ret
buet p̄ me: domine misericordia tua
in sec̄m: opa manuū tuar'um ne
